Quid ſi pro quinto, & ſexto *Mono*ſtichi pede ſint tres iſtæ dictiones Iſte *Cuique Ad* in hunc modum?

4183 *Aut Multis Eſt Lux Rem Omnem Vtilis Iſte Cuique Ad.*

Certe, ſi primæ tantum quatuor dictiones *Aut Multis Eſt Lux* varientur inter ſe, vt variari poſſunt, adiungentur 24. nouæ variationes, quæ cum alijs ſuperius enumeratis complebunt ſum-
4206 mam 4206.

Si dictio *Rem* ponatur ante dictionem *Aut*, ita vt vnam, eandemque ſyllabam cum ſubſequente conſtituat in prædictis 24. variationibus, in hunc modum,

4207 *Rem Aut Multis Eſt Lux Omnem Vtilis Iſte Cuique Ad.*

Aperientur 24. alij variationum fon-
4230 tes, vnde eæ omnes erunt 4230.

Si eadem dictio *Rem* eodem modo anteponatur, & coniungatur cum dictione Eſt in hunc modum,

4231 *Aut Multis Rem Eſt Lux Omnem Vtilis Iſte Cuique Ad.*

Denuo 24. alios multiplicationum modos intuebimur, qui cum alijs om-
4254 nibus erunt 4254.

Si dictio *Omnem* ponatur in principio *Monoſtichi*, & dictio *Rem* locum teneat, in quo erat dictio *Omnem*, i. ante dictionem *Vtilis*, in hunc modum,

4255 *Omnem Aut Multis Eſt Lux Rem Vtilis Iſte Cuique Ad.*

Tum varientur quatuor illæ dictiones *Aut Multis Eſt Lux*, quoties variari poſſunt, obuiæ nobis erunt 12 nouæ variationes, & ſimul omnes hactenus
4266 erunt 4266.

Si dictio *Omnem* detrudatur è primo in ſecundum Monoſtichi locum, i. poſt primam dictionem in hunc modum.

4267 *Aut Omnem Eſt Multis Lux Rem Vtilis Iſte Cuique Ad.*

Et prædictæ quatuor dictiones toties varientur, quoties poſſunt, rurſus exibunt aliæ 12. variationes, & cum præ-
4278 cedentibus erunt 4278.

Idipſum fiet, ſi dictio *Omnem* deſcendat ad tertium locum in hunc modum,

4279 *Aut Multis Omnem Eſt Lux Rem Vtilis Iſte Cuique Ad.*

Deinde ad quartum in hunc modum.

3291 *Aut Multis Lux Omnem Eſt Lux Rem Vtilis Iſte Cuique Ad.*

Vnde omnes hucuſque variationum
4302 modi ſimul erunt 4302.

Si in prædictis variationibus a 4254. vſque ad 4302. ante dictionem *Omnem* ſtet dictio *Rem* in hunc modum,

4303 *Rem Omnem Aut Multis Eſt Lux Vtilis Iſte Cuique Ad.*

48 Alias varietates videbimus, & hæ
4350 cum reliquis euadent 4350.

Si dictio *Vtilis* ſtatuatur in principio Monoſtichi; dictiones autem *Rem Omnem* ibi ſint, vbi erat dictio *Vtilis*, in hunc modum,

4351 *Vtilis Aut Multis Eſt Lux Rem Omnem Iſte Cuique Ad.*

Tum, vt maxime poſſunt variè collocen-

locentur prædictæ quatuor illæ dictiones *Aut Multis Eſt Lux*, 12. nouæ fient variationum formæ, & omnes erunt 4362.
4362

Quod ſi dictio *Vtilis* ſequatur ſingulas ex prædictis quatuor dictionibus *Aut Multis Eſt Lux*, vbi id fieri poterit, in hunc, & ſimilem alium quemcunque modum,

4363 *Multis Vtilis Aut Eſt Lux Rem Omnem Iſte Cuique Ad*.

Et ſemper in vnaquaque prædictæ dictionis *Vtilis* tranſpoſitione fiat varia illa iſtarum quatuor dictionum *Aut Multis Eſt Lux* collocatio, quæ fieri poterit, ſaltem 24. alios variationum modos habebimus, & cum ſuperioribus
4386 omnibus omnium ſumma erit 4386.

Si dictio *Vtilis* in principio Monoſtichi ſtatuatur, quando dictio *Rem* vnam eandemque ſyllabam facit cum dictione *Aut*, prout in variationibus iam dictis a 4206. vſque ad 4230. factum eſt in hunc modum,

4387 *Vtilis Eſt Lux Rem Aut Multis Omnem Iſte Cuique Ad*.

12 Nouæ variationes eluceſcent,
4398 ideoque omnes hactenus erunt 4398.

Si eadem dictio *Vtilis* permiſceatur, vbi fieri poteſt, cum prædictis 4. dictionibus, quando dictio *Rem* vnam ſyllabam efficit cum *Aut*, in hunc modum,

4399 *Lux Rem Aut Vtilis Eſt Multis Omnem Iſte Cuique Ad*.

4410 12 *Aliæ* variationes adijcientur, & cum primis erunt 4410.

Præterea 24. aliæ variationes producentur, ſi dictio *Rem* vnam ſyllabam formet cum dictione *Eſt*, tum autem dictio *Vtilis* ſit non tantum in principio Monoſtichi in hunc modum,

4411 *Vtilis Aut Lux Rem Eſt Multis Omnem Iſte Cuique Ad*.

Sed alibi, & vbilibet, dummodo ante quatuor vltimas dictiones, in hunc modum,

4423 *Lux Rem Aut Vtilis Eſt Multis Omnem Iſte Cuique Ad*.

4434 Omneſque ſimul cum præcedentibus erunt 4434.

Si dictio *Vtilis* modo Monoſtichi caput ſit in variationibus omnibus a 4254. vſque ad 4302. in quibus dictio *Omnem* præponitur tum dictioni *Aut*, tum dictioni *Eſt*, in hunc modum,

4435 *Vtilis Omnem Aut Multis Eſt Lux Rem Iſte Cuique Ad*.

Modo etiam alibi, ſed ſemper ante quatuor prędictas vltimas dictiones collocetur, in hunc modum,

4447 *Multis Vtilis Omnem Aut Eſt Lux Rem Iſte Cuique Ad*.

Saltem 36. nouæ variationes euenient, quæ ſimul cum alijs omnibus
4470 præcedentibus fient 4470.

Sin in variationibus a 4302. vſque ad 4350. in quibus ſemper dictio *Rem* præponitur dictioni *Omnem*, conſtituatur dictio *Vtilis* (quæ ibi pro quarto Monoſtichi pede fuit) tum in principio Monoſtichi, in hunc modum,

4471 *Vtilis Aut Rem Omnem Eſt Multis Lux Iſte Cuique Ad*.

Tum poſt primum Monoſtichi pedem in hunc alium,

4494 *Rem Omnem Aut Vtilis Eſt Multis Lux Iſte Cuique Ad*.

Tum etiam poſt tertium pedem, in hunc ipſum,

4518 *Rem Omnem Aut Multis Vtilis Eſt Lux Iſte Cuique Ad*.

Et cæteræ dictiones, exceptis tribus vltimis *Iſte Cuique Ad*, varientur ſemper, quantum poſſunt, dummodo tamen dictio *Rem* ſemper præcedat dictionem *Omnem*, vt dictum eſt, ex ſingulis prædictis tribus varijs dictionis *Vtilis* collocationibus, i. ante primum Monoſtichi pedem, poſt illum, & poſt ſecundum, ſaltem 24. nouæ variationes efformabuntur, quæ ter multiplicatæ, & cum antecedentibus vniuerſis vnitæ, non erunt omnino pauciores,
4542 quam 4542.

Quod ſi pro dictione *Ad*, quæ à variatione 4182. vſque ad 4542. fuit vltimo loco, ponatur in fine Monoſtichi dictio *Aut*, in hunc modum,

4543 *Ad Multis Eſt Lux Rem Omnem Vtilis Iſte Cuique Aut*.

Et tunc fiant variationes omnes, quæ fieri omnino poſſunt à prædicto numero 4182. vſque ad 4542. inde ſaltem 180 noui variationum modi clareſcent, &
4723 cum cæteris omnibus fient 4722.

Si idipſum fiat in dictione *Eſt*, ita vt hæc ſit in fie Monoſtichi pro dictione *Aut*, in hunc modum.

4723 *Aut Multis Ad Lux Rem Omnem Vtilis Iſte Cuique Eſt*.

Iterum totidem, i. 180. aliæ variationes exponentur, quæ cum ſuperioribus omnibus prorſus ſummam 4902.

4902 implebunt.

Quid autem ſi primæ duæ ſyllabæ dictionis *Cuique* cum alia ſyllaba præcedenti quintum pedem, nempe dactylum in Hexametro noſtro Monoſticho efforment? quam multa iterum nouarum variationum ſeges excreſcet? certe ſi Monoſtichon fiat hoc modo,

4903 *Aut Multis Lux Eſt Rem Omnem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

Et priores quatuor dictiones ſolæ, cæteris immotis, varientur, quoties variari poſſunt, in primis alios 24. variationum modos habebimns, qui vna
4926 cum alijs omnes erunt 4926.

Si dictio *Rem* in mox allatis modis ſit ſemper tum ante dictionem *Aut*, in hunc modum,

4927 *Rem Aut Multis Lux Eſt Omnem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

Tum ante dictionem *Eſt*, in hunc modum,

4951 *Aut Multis Lux Rem Eſt Omnem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

In lucem veniẽt 48. nouæ variationes,
4974 & fient ſimul omnes 4974.

Si dictio *Omnem* primum ſubeat Monoſtichi locum in prædictis variationibus à 4902. vſque ad 4974. in hunc modum, & ſimiles alios,

4975 *Omnem Aut Multis Eſt Lux Rem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

4987 *Omnem Eſt Rem Aut Multis Lux Vtilis Ad Cuique Iſte.*

4993 *Omnem Aut Rem Eſt Multis Lux Vtilis Ad Cuique Iſte.*

Suborientur inde 24. aliæ variationes nouæ, quæ cum alijs erunt omni-
4998 no 4998.

Si eadem dictio *Omnem* præcedat dictionem *Aut* etiam in aliis locis omnibus, præterquam in principio Monoſtichi, in hunc modum,

4999 *Multis Omnem Aut Eſt Lux Rem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

Saltem 18. noui modi alij colligen-
5016 tur; vnde omnes ſimul erunt 5016.

Si ipſamet dictio *Omnem* præponatur dictioni Eſt in prædictis alijs Monoſtichi locis in hunc modum.

5017 *Multis Omnem Eſt Aut Lux Rem Vtilis Ad Cuique Iſte.*

5034 18 *Alij* modi comparebunt, & vna omnes erunt 5034.

Si dictio *Rem* præeat dictioni *Omnem* in variationibus iam poſitis a 4974. vſq; ad 5034. in hunc modum,

5035 *Rem Omnem Aut Multis Eſt Lux Vtilis Ad Cuique Iſte.*

60 Aliæ varietates exprimentur, vt cunctæ ſimul ſint 5094.

Quod ſi dictio *Vtilis* cæteris omnibus præponatur in Monoſticho a variatione 4902. vſque ad 4926. vbi verſus integritas non obſtet, in hunc modum,

5036 *Vtilis Aut Multis Lux Eſt Rem Omnem Ad Cuique Iſte.*

12 *Variationum* formæ iterum pro-
5106 ponentur, & ideo omes erunt 5106.

Si dictio prædicta *Vtilis* ſit vel poſt dictionem *Multis* in principio *Monoſtichi* poſitam, in hunc modum,

5107 *Multis Vtilis Aut Lux Eſt Rem Omnem Ad Cuique Iſte.*

Vel poſt aliam quamlibet dictionem ex his quatuor *Multis Aut Lux Eſt* vbilibet poſitam, dummodo verſus id integritas patiatur, & quinque vltimæ dictiones inuariatæ ibidem permaneant, in hunc modum,

5111 *Multis Aut Lux VtilisEſt Rem Omnem Ad Cuique Iſte.*

16 Nouæ variationes afferentur, &
5122 hucuſque cunctæ erunt 5122.

Si eadem dictio *Vtilis* redeat ad primum *Monoſtichi* locum à variatione 4926. vſque ad 4974. vbi id fieri per verſus integritatem licebit, tam in hunc modum,

5123 *Vtilis Eſt Rem Aut Multis Lux Omnem Ad Cuique Iſte.*

Quam in hunc alium,

5129 *Vtilis Aut Rem Eſt Multis Lux Omnem Ad Cuique Iſte.*

12 *Alij* varietatum modi comperien-
5134 tur, qui cum alijs omnibus erunt 5134.

Sin ipſamet dictio *Vtilis* alia ſubeat loca, dummodo dictio *Rem* ſemper præponatur dictioni *Aut*, vel dictioni Eſt, & inuariatæ remaneant quatuor vltimæ dictiones, tam in hunc modum,

5135 *Rem Aut Lux Vtilis Eſt Multis Omnem Ad Cuique Iſte.*

Quam in hunc alium,

5143 *Rem Eſt Lux Vtilis Aut Multis Omnem Ad Cuique Iſte.*

16 *Varietates* aliæ conſpicientur, &
5150 cum reliquis erunt 5150.

Quod ſi dictio *Vtilis* rurſus ſit in principio Monoſtichi à variatione 4974. vſque ad 4998. in hunc modum, & ſimiles alios.

5151 *Vtilis Omnem Aut Multis Eſt Lux* Rem
*Ad Cuique Iſte*.

5163 *Vtilis Omnem* Eſt *Rem Aut Multis Lux*
*Ad Cuique Iſte*.

5169 *Vtilis Omnem* Aut *Rem Eſt Multis* Lux *Ad*
*Cuique Iſte*.

24 Nouæ varietatum multiplicationes ſcaturient, & ſimul omnes hucuſque
5174 erunt 5174.

Si dictio *Vtilis* ante dictionem *Omnem* ſit in alijs quoque locis extra principium Monoſtichi, inuariatis tamen ſemper tribus vltimis dictionibus *Ad Cuique Iſte*, In hos, & ſimiles modos,

5175 *Multis Vtilis Omnem Eſt Rem Aut Lux*
*Ad Cuique Iſte*.

5183 *Multis Vtilis Omnem* Aut *Rem Eſt Lux*
*Ad Cuique Iſte*.

Emanabunt iterum 16. aliæ varietatum formæ, quæ cæteris adiunctæ ſummam
5190 conficient 5190.

Sin dictio *Vtilis* ſequatur dictionem *Omnem*, hæc autem dictionem *Rem*, & prædictæ tres dictiones ſimul ſubſequantur dictionem aliquam in capite Monoſtichi proſitam in hunc modum,

5191 *Lux Rem Omnem Vtilis Eſt Multis Aut*
*Ad Cuique Iſte*.

Tum reliquæ dictiones omnes (exceptis tribus vltimis, quæ inuariatæ remanere debent) quantum fieri poteſt, varientur, 8. rurſus variationes haurien-
5198 tur, ita vt omnes omnino hucuſque ſint 5198.

Quod ſi dictio *Ad*, quæ à variatione 4902. hucuſque ſemper inuariata permanſit in ante penultimo *Monoſtichi* loco, ponatur ante dictionem *Multis*; dictio autem Eſt ſit vbi erat *Ad* in hunc modum,

5199 *Ad Multis Lux Aut Rem Omnem Vtilis*
*Eſt Cuique Iſte*.

Et, inuariatis ſex vltimis dictionibus, cæteræ varientur, vt poſſunt, 6. noui variationum modi creabuntur, totidemque alij ſequentur, ſi dictio *Ad* ſit ante dictionem *Lux* in prædictis 6. variationibus, in hunc modum,

5205 *Ad Lux Multis Aut Rem Omnem Vtilis*
*Eſt Cuique Iſte*.

Immo 6. alij accedent, ſi prædicta dictio *Ad* præponatur in prædictis variationibus dictioni *Rem*, in hunc modum,

5211 *Multis Lux Aut Ad Rem Omnem Vtilis*
*Eſt Cuique Iſte*.

5216 *Ac* proinde omnes erunt 5216.

Si dictio Omnem ſi ante dictionem Aut in prædictis 18. variationibus proximè allatis in hunc modum.

5217 *Ad Multis Lux Omnem* Aut *Rem Vtilis Eſt*
*Cuique Iſte*.

5234 Aliæ 18. variationes explicabuntur, & omnes erunt 5234.

Sin eadem dictio *Omnem* transferatur ante dictionem *Ad* in prædictis ijſdem variationibus à 5198. ad 5216. in hunc modum,

5235 *Omnem, Ad Multis Lux Aut Rem Vtilis*
*Eſt Cuique Iſte*.

Aliæ 18. varietates enumerabuntur,
5252 & cum reliquis erunt 5252.

Quod ſi dictio Rem præponatur dictioni *Ad* à 5198. vſque ad 5234. obuios ſe ſe nobis dabunt 36. noui variationum modi in hunc modum,

5253 *Rem Ad Multis Lux Aut Omnem Eſt Vtilis Cuique Iſte*.

5288 Et ſubinde ſimul omnes euadent 5288.

Si dictio R*em* præponatur dictioni *Aut* in prædictis 36. variationibus, totidem aliæ reſultabunt in hunc modum,

5389 *Ad Multis Lux Rem* Aut *Omnem Vtilis*
*Eſt Cuique Iſte*.

5324 Ideoque ſimul omnes fient 5324.

Si dictio R*em* præponatur dictioni *Omnem* à 5216. ad 5252. in hoc modos, & his ſimiles,

5325 *Ad Multis Lux Rem Omnem* Aut *Vtilis*
*Eſt Cuique Iſte*.

5345 *Rem Omnem Ad Multis Lux* Aut *Vtilis Eſt*
*Eſt Cuique Iſte*.

5360 36 Alij modi prouenient, ita vt cuncti ſimul ſint 5360.

Quod ſi dictio *Vtilis* cæteris omnibus præponatur, tum ſequatur dictio *Ad* præpoſita dictio *Multis*, in hunc modum,

5361 *Vtilis Ad Multis Lux Aut Rem Omnem*
*Eſt Cuique Iſte*.

Et, inuariatis tribus vltimis dictionibus, cæteræ varientur, vt poſſunt, 6. aliæ variationes componentur, cum quibus præcedentes omnes futuræ
5366 ſunt 5366.

Totidem ſuperuenient, ſi poſt *Ad* ſequatur *Lux* in hunc modum.

5367 *Vtilis Ad Lux Multis* Aut Rem *Omnem Eſt*
*Cuique Iſte*.

Totidemque, ſi poſt *Ad* ſit dictio *Rem*, & cæteræ tam varie collocentur, ſicuti ſuperius dictum eſt, in hunc modum.

5373 *Vtilis Ad Rem Aut Lux Multis Omnem Eſt Cuique Iſte .*

5378 Vnde hucuſque omnes erunt 5378.

Si dictio *Vtilis* remaneat in principio Monoſtichi, ſed illam ſequatur dictio *Aut*, in hunc modum,

5379 *Vtilis Aut Multis Lux Ad Rem Omnem Eſt Cuique Iſte .*

Tum, inuariatis tribus vltimis, aliæ varientur, vt in præcedentibus à 5360. vſque ad 5378. ſaltem 18. alij variationum modi eruentur, cum quibus nu-
5396 merus omnium hucuſque erit 5396.

Si vero dictionem *Vtilis* in principio poſitam ſubſequatur dictio *Omnem*, & reliqua fiant, prout diximus in mox allatis variationibus in hunc modum,

5397 *Vtilis Omnem Ad Multis Lux Aut Rem Eſt Cuique Iſte .*

Saltem 18. nouæ varietates haberi poterunt, quæ cum ſuperioribus
5414 erunt 5414.

Quod ſi dictio *Vtilis* ſit in quibuſuis alijs locis, præterquam vel in principio Monoſtichi, vel ante tres vltimas illius dictiones, in hunc modum,

5415 *Multis Vtilis Aut Lux Ad Rem Omnem Eſt Cuique Iſte .*

Saltem 40. nouarum variationum inuentio nobis conſtabit, cum quibus
5454 aliæ omnes ſummam 5454. perficient.

Si autem nono Monoſtichi loco inſeratur dictio *Aut* pro dictione *Eſt*, & cæteræ varie collocentur, prout factum eſt à 5198. vſque ad 5454. in hunc, & prædictum quemlibet alium modum,

5455 *Ad Multis Lux Eſt Rem Omnem Vtilis Aut Cuique Iſte .*

256 Nouæ variationes eluceſcent,
5710 cum quibus aliæ fient 5710.

Quod ſi ante duas vltimas Monoſtichi dictiones prædictas ſit quæuis alia dictio, præter *Ad*, *Eſt*, & *Aut*, quæ in prædictis 808. variationibus à 4902. hucuſque ibi fuerunt, ita vt omnes *M*onoſtichi dictiones, exceptis duabus vltimis, quam varie poſſunt, collocentur, in hunc, ſimilemque modum,

5711 *Vtilis Omnem Ad Rem Eſt Lux Aut Multis Cuique Iſte .*

Saltem 538. alij variationum modi tradentur, ideoque omnes hucuſque
6248 ſimul ſatis erunt ad numerum 6248.

Deinceps tamen, ſi ad vltimum *M*onoſtichi locum poſt dictionem *Iſte* deſcendat dictio *Eſt*, in hunc modum,

6249 *Aut Multis Lux Omnem Rem Vtilis A*[...] *Cuique Iſte Eſt .*

Tum fiant omnes priorum noue[...] dictionum variationes, quæ fieri po[...] ſunt à 4902. vſque ad 6248. ex iliis 134[...] ſaltem 673. nouæ variationes extra[...] hentur, cum quibus cæteræ omne[...]
6921 fient 6921.

Totidem aliæ, i. 673. rurſus indic[...] buntur, ſi vltimo loco pro *Eſt* ſit dict[...] *Ad*, & reliqua fiant, vt in proxime allatis viſum eſt, in hunc modum,

6922 *Aut Multis Lux Omnem Rem Vtilis E*[...] *Cuique Iſte Ad .*

7594 Ideoque ſimul cum alijs erunt 7594.

Totidemque iterum, i. 673. adna[...] ſcentur variationes aliæ, ſi in finem *M*onoſtichi pro prædicta dictione *A*[...] transferatur *Aut*, in hunc modum,

7595 *Ad Multis Lux Omnem Rem Vtilis E*[...] *Cuiqne Iſte Aut .*

Ac proinde hucuſque variationum
8267 omnium numerus erit 8267.

Quod ſi dictionem *Cuique* ſequatur vltimo loco dictio *Omnem*, in hunc modum,

8268 *Aut Multis Lux Eſt Rem Iſte Vtilis A*[...] *Cuique Omnem .*

Tum fiant variationes omnes à 490[...] vſque ad 6248. ita vt ſemper eo in loco, in quo fuit dictio *Omnem*, collocetur dictio *Iſte*, & contra: tot variationes nouæ hic erunt, quot ibi fuerunt, nimirum 1346. quarum ſumma cum alijs
9613 ſimul erit 9613.

Si vero ex tribus hiſce dictionibus *Iſte Rem Ad* fiat dactylus, & inuariatis duabus vltimis *Cuique Omnem*, reliquæ quam maxime poſſunt, varie collocentur, in hunc modum,

9614 *Iſte Rem Ad Aut Multis Lux Vtilis Eſt Cuique Omnem .*

Saltem 76. nouæ variationes repe-
9689 rientur, cum quibus aliæ omnes 9689. ſummam complebunt.

Sed ſi dictionem *Omnem* inſequatur extremo loco dictio *Ad*, in hunc modum,

9690 *Vtilis Iſte Aut Multis Lux Eſt Rem Cuique Omnem Ad .*

Eſt fiant variationes ad prædictum modum, quotquot fieri poſſunt, à variatione 8267. vſque ad 9613. denuo comparabuntur ſaltem 683. variationes aliæ, quæ cum præcedentibus omnibus
10362 fient 10362.

Si

Si in prædicto extremo Monoſtichi loco ſit dictio *Aut* pro dictione *Ad*, & fiant omnes variationes prædictæ à 8267. vſque ad 9613. in hunc modum,

10363 *Vtilis Iſte* A*d Multis Lux Eſt* R*em Cuique Omnem Aut*.

Saltem aliæ 673. priorum variationum ſummam augebunt, nam antecedentes cum his fient

11035 11035.

Rurſumque aliæ 673. ſuccreſcent, ſi eodem modo pro dictione *Aut* ſit in fine Monoſtichi dictio *Eſt*, in hunc modum,

11036 *Vtilis Iſte* A*d Multis Lux Aut* R*em Cuique Omnem Eſt*.

Ac proinde variationum omnium

11708 erit 11708.

Verum, ſi poſt dictionem *Cuique* adſit dictio A*d*, & in fine *Monoſtichi* collocetur dictio L*ux*, in hunc modum,

11709 *Vtilis Iſte Omnem Aut Multis Eſt* R*em Cuiqne* A*d* L*ux*.

Rurſumque fiant variationes omnes, quotquot fieri poſſunt 9689. vſque ad 10362. aderunt iterum aliæ 673. cum quibus cæteræ omnes euadent om-

12381 nino 12381.

Si poſt dictionem Ad ibidem perſiſtentem ſtatuatur dictio R*em*, in hunc modum,

12382 *Vtilis Iſte Omnem Aut Multis* E*ſt Lux Cuique* A*d* R*em*.

Totidem alij variationum modi ſuc-

13054 cedent, & cuncti ſimul erunt 13054.

Si vlterius poſt dictionem R*em* ſit dictio E*ſt*, in hunc modum,

13055 *Vtilis Iſte Omnem Multis Aut* L*ux Cuique* A*d* R*em* E*ſt*.

Et tunc iam ſæpius ſuperius indicatæ variationes fiant, 673. aliæ præcedentibus accedent, & omnes omnino

13727 fient 13727.

Sin pro dictione E*ſt* ibidem ſit dictio *Aut*, in hunc modum,

13728 *Vtilis Iſte Omnem Multis* E*ſt Lux Cuique* A*d* R*em Aut*.

Præſto erunt aliæ 673. variationes, vt

14400 vniuerſæ iam ſint 14400.

Quod ſi dictionem *Cuique* ſequatut dictio *Aut*,& vltimo loco ſit dictio *Lux*, in hunc modum,

14401 *Vtilis Iſte Omnem Ad Rem Multis* E*ſt Cuique Aut Lux*.

673 Variationum formæ efformabuntur, ita vt omnes ſimul iam

15073 ſint 15073.

Si pro vltima dictione *Lux* ſit dictio A*d*, in hunc modum,

15074 *Vtilis Iſte Omnem* E*ſt Rem Lux Multis Cuique Aut* A*d*.

Demum, factis prædictis variationibus, adinuenientur aliæ 673. quarum ſimul cum reliquis omnibus numerus

15746 erit 15746.

Si ibidem pro dictione A*d* ſit dictio E*ſt*, in hunc modum,

15747 *Vtilis Iſte Omnem* A*d Rem Lux Multis Cuique Aut Eſt*.

Totidem rurſum renaſcentur, vnde variationes omnes hactenus inuentæ nu-

16419 merabuntur 16419.

Si eodem loco pro dictione E*ſt* collocetur dictio R*em* in hunc modum,

16420 *Vtilis Iſte Omnem* A*d Multis Eſt Lux Cuique Aut Rem*.

Cum hic rurſus alij 673. variabilitatis modi promanent, omnes ſimul ad

17092 17092. numerum peruenient.

Totidem alij prouenient, ſi poſt dictionem *Rem* ſit dictio A*d*, in hunc modum,

17093 *Vtilis* I*ſte Omnem Multis* E*ſt Lux Cuique Aut* R*em* A*d*,

17765 Ideoque vna omnes ad 17765. ſummam pertingent.

Immo totidem iterum exponentur, ſi vltimo loco pro dictione A*d* ſit dictio E*ſt*, in hunc modum,

17766 *Vtilis Iſte Omnem Multis* A*d Lux Cuique Aut* R*em* E*ſt*.

Vnde iſti 673. nuper additi fient cum

18438 præcedentibus 18438.

Quod ſi dictionem *Cuique* octauo loco poſitam ſequatur nono dictio E*ſt*, tum decimo, & vltimo dictio L*ux*, in hunc modum,

18439 *Vtilis Iſte Omnem* A*d* R*em Multis Aut Cuique* E*ſt Lux*.

673 Nouæ variationes cum cæteris

19111 vnientur, & erunt omnes 19111.

Totidem aliæ patebunt, ſi pro vltima dictione *Lux* ſit dictio *Aut*, in hunc modum,

19112 *Vtilis Iſte Omnem* A*d* R*em Multis* L*ux Cuique Eſt Aut*.

Ac propterea creſcent hæ variationes

19784 cum alijs ad numerum 19784.

Nec pauciores aliæ ſupererunt, ſi pro dictione *Aut*, extremo Monoſtichi loco ſit dictio A*d*, in hunc modum,

19785 *Vtilis Iſte Omnem Aut* R*em Multis Lux Cuique Eſt* A*d*.

Qua-

20457 Quapropter hucuſque omnes 20457. cenſebuntur,

Idem erit nouarum variationum numerus, ſi pro *Ad* ſit in fine *Monoſtichi* dictio *Rem*, in hunc modum,

20458 *Vtilis Iſte Omnem Ad Multis Lux Aut Cuique Eſt Rem.*

21130 Et omnes omnium ſumma erit 21130.

Si autem adhuc poſt dictionem *Rem* ibidem permanentem collocetur dictio *Aut*, in hunc modum.

21131 *Vtilis Iſte Omnem Multis Lux Ad Cuique Rem Eſt Aut.*

Quandoquidem 673. nouæ variatetes inde profluent, & vnus omnium nu-
21803 merus erit 21803.

Si denique pro dictione *Aut* vltimum Monoſtichi locum habeat dictio *Ad*, in hunc modum,

21804 *Vtilis Iſte Omnem Lux Multis Aut Cuique Eſt Rem Ad.*

Et fiant hic, prout alibi factum eſt, omnes illæ cæterarum dictionum tranſpoſitiones, ſeu collocationum variationes, rurſus 673. alios variationum modos habebimus, & iſti tandem cum omnibus iam ſuperius adductis omnes
22476 omnino erunt ſaltem 22476.

# MVSA II. GRAECA.

DXIII.

VIDENTVR Græci veteres non cognouiſſe Proteos, nullos enim in libris antiquis reperio: at quia illorum lingua omnem cultum admittit, & eſt capax cuiuſcumque ornamenti, Græcè interdum Proteos curioſos conformari: ex quibus vnum aut alterum ſubſcribo.

Fuit D. Ludouicus Bernardus de Quiros, natus Tordelagunæ (Regni Caſtellæ eſt Ciuitas ditiſſima nobiliſſimaque) Parentes nobiles & opulentos habuit: ſed mundum in iuuentute contemnens, ſub D. Benedicti labaro nomen dedit: & in Monaſterio de Spinâ Ordinem Ciſtercienſem profeſſus, etiam tyro clarum dedit futuræ pietatis & eruditionis ſpecimen. Creuit ſapientiâ & gratiâ; & Philoſophicæ Profeſſor doctiſſimos diſcipulos habuit: & tandem Salmanticæ ſacræ Paginæ interpres Primarius, pijſſimè vixit, & ætate & meritis grauis obijt cum opinione ſanctitatis.

Hunc amaui & colui cùm viueret, hunc ſum veneratus poſt mortem: & dum eram Philoſophus, Proteos nonnullos Analexicos ad eius laudem & gloriam compoſui.

# PROTEVS I.

ΦΩΣ ΜΟΥΣΩΝ, ΑΡΕΤΗΣ ΟΡΠΗΞ, ΣΥ ΚΥΔΕΟΣ ΑΝΘΟΣ.

ET quidem meritò dictus à nobis fuit ΦΩΣ ΜΟΥΣΩΝ, *Muſarum lux*, carmina enim grandi ore cecinit, & calamo perpolito conſcripſit. Meritò dictus fuit ΑΡΕΤΗΣ ΟΡΠΗΞ, *Virtutis germen*: nam à parentibus pijs & bonis virtutes iure hæreditario ſuſcepit, quas diſcipulorum cordibus implantauit. Et denique meritò dictus fuit, ΚΥΔΕΟΣ ΑΝΘΟΣ, *Gloriæ flos*, ſummam enim gloriam & famam etiam in ipſo flore ætatis ab Orbe literario ſuſcepit.

Protei igitur modulos recognoſcamus, & ad quem adſcendat numerus examinemus. Conſidera ſequentes notulas.

1 l-l ∪ ∪ l, l- -l- -l-ll- ∪ ∪ l- -l
2 l- -l-l- -ll ΚΥΔΕΟΣ l ΑΝΘΟΣ.
3 l-l- -l- -l- -ll
4 l l- -l ∪ ∪ -l- -l-ll
5 l-l- - l'l
6 l- -l-l ∪ ∪ -l- -l-l l
7 l-l - -l l
8 l-l- -l- -l ∪ ∪ -l-ll
9 l- -l-l- -l
10 l- -l- -l-l

ΚΥ-

11 ΚΥΔΕΟΣ ΑΝΘΟΣ|-|- -|- -|ΑΡΕΤΗΣ ΣΥ
12 |- -|-|- -|
13 |- -|- -|-|
14 |- -|ΚΥΔΕΟΣ ΑΝΘΟΣ|- -|-|ΑΡΕΤΗΣ ΣΥ
15 |-|- -|
16 |- -|- -|ΚΥΔΕΟΣ ΑΝΘΟΣ|-|ΑΡΕΤΗΣ ΣΥ

Ecce habes ob oculos ſedecim differentes Ideas, quas neceſſariò debuimus diuidere in quatuor claſſes, ne numeri confunderenrur.

Primò in quâcumque ex illis voces ΜΟΥΣΩΝ & ΟΡΠΗΧ poterunt loca commutare: ſecundò ΟΡΠΗΣ & ΑΝΘΟΣ: tertiò ΣΥ & ΘΩΣ. Ergo 2. per 2. dant 4: & 4 per 2. dant 8. Dicam igitur ex quâcumque Ideâ octo verſus differentes ſubnaſci expendo primam, tu cæteras ſubintelligere poteris.

|-| ◡ ◡ -|- -|- -|-|- ◡ ◡ |- -|
Phos | *aretes* | *Mouſon* | *orpex* | *sù* | *Kudeos* | *anthos*
- | ◡ ◡ - *orpex* | *Mouſon* | - | | *anthos*
Sù | ◡ ◡ | *Mauſon* | *orpex* | *phos* |
- ◡ ◡ - | *orpex* | *Mouſon* | *phos* |
Phos | ◡ ◡ - | *Mauſon* | *anthos* | *sù* |- ◡ ◡ | *orpex*
- | ◡ ◡ - | *anthos* | *Mouſon* | - |
Sù | ◡ ◡ - | *Mouſon* | *anthos* | *phos* |
- | ◡ ◡ - | *anthos* | Mouſon | - |

Volui vti Charactere Latino, nam delectat varietas: & quando tam variè à diuerſis Græcæ literæ proferri ſolent, diſcat Lector quomodo proferantur Salmanticæ. *Alphabetum* enim dicimus, non *Alphauitum*, & Y ſicut *v* pronunciamus.

Sicut hanc Ideam primam illæſâ ſyllabarum quantitate multiplicaſti, ſic & cæteras poteris habebiſque in vnâ lineâ centum & viginti octo verſus: totidem enim habet Proteus præmiſſus metamorphoſes.

Nota. Vocem ΣΥ, quam eſſe ancipitem Poëtarum illuſtrium teſtimonia pronunciant, nos produximus: & quia apud Græcos Synalœpha monoſyllabas voces non libenter elidit etiam nos ΣΥ ΑΡΕΤΗΣ diximus, & Synalœpham non curauimus.

# PROTEVS II.

Ad laudem Doctoris Melliflui.

ΒΕΡΝΑΡΔΟΣ ΚΟΣΜΟΥ ΚΟΥΜΟΣ, ΦΩΣ, ΜΑΡΓΑΡΑ, ΚΗΤΟΣ.

Et ad laudem Doctoris Angelici.

ΘΩΜΑΣ ΦΩΣ ΚΟΥΜΟΥ, ΚΟΣΜΟΣ, ΚΗΡ, ΜΑΡΓΑΡΑ, ΚΗΤΟΣ.

LIBENTER Bernardum & Thomam conjungo, quos vnus ſpiritus & Diuinus Præceptor compoſuit. Fuit alteruter *inſtitutus diuinitùs*: fuit ΘΩΣ *lux*: ΚΟΣΜΟΥ ΚΟΣΜΟΣ, *Mundi ornamentum*; ΚΗΡ, *ſors*: ΜΑΡΓΑΡΑ *unionum & gemmarum theſaurus*: nec non ΚΗΤΟΣ *hortus virtutum*, & *prærogatiuarum*.

DXIV.

QVOT autem verſus prior ſubire poteſt metamorphoſes? Si relinquatur vox ΜΑΡΓΑΡΑ in regione quintâ, quatuor priores 24 poſitionibus poterunt combinari: & quia in vltimo loco poteſt una ex his tribus vocibus ΚΟΣΜΟΥ, ΚΟΣΜΟΣ, & ΚΗΤΟΣ poni, numerus iſte erit triplicandus, vt ſint verſus Heroici 72. At quia præter Heroica, etiam Dactylica & Spondaica conformantur, numerus iſte augebitur. Conſidera ſequentes lineas.

*Bernardos Koſmou Koſmos, phos, Ketos* margara.
*Bernardos Koſmou Koſmos phos*, margara *Ketos*.
*Bernardos Koſmou phos*, margara, *Koſmos, Ketos*.
*Bernardos phos*, margara, *Koſmou Koſmos, Ketos*.
*Coſmou* margara, *phos, Bernardos, Koſmos, Ketos*.
Margara, *Bernardos, Koſmou phos, Koſmos, Ketos*.

Vſus ſum Charactere Latino, vt literarum H.Y.OY. & aliarum, in quarum prolatione Itali & Hiſpani differimus.

Hîc habes, Lector amice, ſex differentes formas. Prima eſt Dactylica (hoc eſt, habens dactylum in regione ſextâ:) & quia habet quinque voces ante dactylum; poteſt 120 vicibus transfigurari.

Secunda eſt Heroica: & poſſe 72 vicibus commutari jam vidimus.

Tertia eſt Sponpaica habens dactylum in regione quartâ, & habebit has transfigurationes.

1| |- - -|- -|-| ΜΑΡΓΑΡΑ | - - | - - |
2| |-|- - |

3 | - - |

3 l - - l - - - l - l
4 l-l- - - l
5 l - l - - l - - - l
6 l - - - l - - l

In iſtis ſex ideis dictiones triſyllabæ, & monoſyllabæ manent immobiles: At quia diſſyllabæ ſunt tres, habebunt ſex combinationes, quæ ductæ in ſex ideas dabunt verſus 36. Huc pertinent etiam iſtæ duæ ideæ.

l - l - - l - - l ΜΑΡΓΑΡΑ l - - - l - l
l ΜΑΡΓΑΡΑ l - l - - - l

quarum quælibet habet ſex modos. *Ergo* Spondaicum primum habet 48 metamorphoſes.

Quarta linea eſt retrocurſus tertiæ, & ideò etiam 48 modos habet.

Quinta eſt recurſus ſecundæ, & hanc ob rem habet modos 72.

| | |
|---|---|
| *Prima* | 120 |
| *Secunda* | 72 |
| *Tertia* | 48 |
| *Quarta* | 48 |
| *Quinta* | 72 |
| *Sexta* | 120 |
| ſumma | 480 |

Vltima recurrit primam, & habet combinationes 120.

Hinc patet Proteum hunc Mellifluum in 480. formas mutari poſſe.

MAGNO conſilio hos duos Proteos coniunxi, vt videat curioſus Philomuſus, quantùm augeatur combinationum numerus, ſi vnica vox in duas diuidatur. Attentè contempleris vtrumque: nam illorum diſcrimen in hoc conſiſtit, quod loco vocis ΒΕΡΝΑΡΔΟΣ, quam in priori ſuſpicimus, voces ΘΩΜΑΣ & ΚΗΡ in poſteriori habeamus: nam ſi adhuc vocem ΘΩΜΑΣ in duos monoſyllabas placeret ſubdiuidsre, adhuc magis & magis metamorphoſeon numerus augeretur.

1 l - l - - l - - l - - l - l ΜΑΡΓΑΡΑ l - - l
2 l - l - - l - - l - l - - l
3 l - l - - l - l - - l - - l
4 l - l - l - - l - - l - - l
5 l - - l - l - l - - l - - l
6 l - - l - l - - l
7 l - - l - l
8 l - - l - - l - l - l - - l
9 l - l - - l - l
10 l - - l - l - l

Sunt ideæ 10: in ſingulis voces diſſyllabæ 4. commutantur 24 vicibus: & monoſyllabæ bis 48 per 10 dant 480. Ergo ſeruatâ Carminis Heroici menſurâ tot ſunt huius Protei Angelici combinationes.

Verſus Dactylici habent vocem ΜΑΡΓΑΡΑ in vltimo loco. Et quia præcedunt ſex, quæ poſſunt quoquo modo diſponi habebunt 720. combinationes.

Prima claſſis ſpondaicorum habent vocem ΜΑΡΓΑΡΑ in regione quartâ, & reducitur ad has ideas.

1 l - l - l - - l - - l ΜΑΡΓΑΡΑ l - - l - - l
2 l - l - - l - l - - l
3 l - l - - l - - l - l
4 l - - l - l - l - - l
5 l - - l - l
6 l - - l - - l - l - l
7 l - - l - - l - - l ΜΑΡΓΑΡΑ l - l - l - - l
8 l - l - - l - l
9 l - - l - l - l

Sunt nouem; & in ſingulis voces 4. diſſyllabæ 24. vicibus commutantur: & 2. monoſyllabæ bis vnde ſunt in ſingulis ideis 48. modi: ergo duc 48. in 9. & habebis 432. & tot eſſe metamorphoſes huius ſpondaici conclude.

Primus ſpondaicus regrediendo dat ſecundum: Heroicus regrediendo ſpondaicum tertium: & tandem Dactylicus regrediendo dat ſpondaicum quartum: Ergo ſiquidem iam cognoſcitur correſpondentia: omnes verſus ad numerum & ſupputationem reducamus. Sunt enim.

| | |
|---|---|
| *Dactylici* | 720 |
| *Heroici* | 480 |
| *Spondaici* I. | 432 |
| *Spondaici II.* | 432 |
| *Spondaici III.* | 480 |
| *Spondaici IV.* | 720 |
| ſumma | 3264 |

Habet igitur Proteus Angelicus formas 3264: habebat Mellifluus 480. Ergo Angelicus eſt quaſi ſepties numeroſior & maior. Ergo cuiuſcunque vocis diuiſio mirum immodum numerum metamorphoſeon auget, quod fuerat demonſtrandum.

PRO-

# PROTEVS III.

Ad laudem Alexandri VII. Pontificis Optimi Maximi.

ΚΤΕΡ, ΝΟΥΣ, ΛΙΣ, ΝΑΥΣ, ΣΕΙΡ, ΛΑΣ, ΠΥΡ, ΦΛΟΣ, ΓΕΛΑ, ΦΩΣ, ΔΡΥΣ.

DXV.

EST admodum Reuerendus D. Carolus de Thomaſio, ſeculus, Palmæ Ducum filius, hæreſque: Reſolutione generoſâ Deo & ſibi viuere deſcolerans, Ducatum reſignauit fratri, & vale dicens Mundo Clericorum Regularium Sanctiſſimæ Religioni ſe adſcripſit, in quâ pietati & Theologiæ ſtudens ſummâ cum laude & omnium ædificatione verſatur. Edidit multos libros pios: multos etiam ſcholaſticos: quos libenter & vtiliter legunt eruditi & aſcetici: & quia Theologicam Arborem [in quâ totum S. Thomam ad compendium eruditum reduxit, & concluſionum deduxit propagines & genealogias, vt ſciret Lector quo aliæ modo naſcerentur ex alijs] Alexandro VII. Sanctiſſimo D. N. dicatam ad me miſit, Optimo Domino & amico reſpondere ſic, placuit.

# EPISTOLA.

*(a) Vegetatiua. Bibliotheca. Arbores libri, & libri arbores. (b) Philomatus (aut, vt in editione prima Batauica legitur Philoſofus) in ſuis Iuuenilibus Muſis num 45. (c) In multis libris vix quidquam reperire ſolemus præter folia. (d) Virgilius in operis Dimen ſexto. (e) Narciſſi Philoſophici. Hiacynthi Theologici. (f) Eccleſiæ Doctores ſunt Arbores. Chriſtus etiam eſt arbor. Bernardus ſerm. de S: Benedicto. num 8 Dauid. Pſalm. 84 b. S. Benedictus arbor. Bernardus ibid. num. 3. Dauid. Pſalm 1. a. Thomas arbor. Veritas de terra orta eſt; & Iuſtitia de cœlo proſpexit. (g) Non ſemper commentaria dant lucem. Illis interdum ſunt clariora. aut etiam vtiliora compendia. (h) Bernardus vbi ſupra num. 4. (i) Vox GELA loco impari eſſe non vult, cæteræ libere tranſmutantur. Si illa ſecundo ponatur, dabit 39. 916. 800. carmina Spondaica vniuerſim: ſi tertio aut quarto totidem, etiam Spondaica. Si quinto totidem dabit Communia: ſi ſexto, totidem Dactylica. Ergo ſi datum numerum 39 916. 80. in 6 ducere placeat, hanc lineam complecti 239. 500. 800. hoc eſt, ducentos, & triginta nouem miliones, quingenta millia & octingenta carmina reperietis. Si addatur vox THVRA aut alia ſimilis, hæc Heſametra in Pentametra tranſire poterunt & iterum multiplicari.*

SVM in horto, cùm Tuas recipio literas (eximie & eruditiſſime Carole) & quoniam Liber Tuus re & nomine arbos eſt, & in Philoſophiæ vegetatiuæ bibliothecâ arbores (a) vniuerſæ ſunt, libri, has meditari incipio, vt illius prærogatiuas poſſim altiùs & exactiùs cognoſcere. Ecce Arbores. Differunt omnes pulchritudine, ſpecie; imò etiam fructu. Coronant Lauri, coronatur Granati; & vtræ nobiliores cenſendæ? quæ impertiuntur honores: & ideò Lauri, quoniam redimiunt Imperatorum tempora, ſunt omnium Plantarum Antiſtites, & tempeſtatum tempore priuilegio ſpeciali ab horribili fulminum impotentiâ redemptæ. Exſurgunt inde Populi. Vlmis æmulæ, veſtitæ Ederâ, vitibus exornatæ. Tenui per muros vinculo ſe ſubrigunt fragrantiſſimæ Iaſmeæ, quas muniunt Roſeta denſiſſima, & Plantæ inferioris fortunæ, quæ aliarum celſitudini ſeruiunt à pedibus. Mediam regionem occupant Hiſpaniæ Heſperides, Arbores aureæ, pomis pretioſiſſimis plenæ. His præuentus ideis, Arborem Tuam reſpexi, & in hos numeros genium & ingenium diffudi. Sic dixi: (b)

*Carole terreni cõtemptor prouide faſtûs: (bis*
*Principibus proauis maior qui clauſtra ſuper-*
*Ædibus atq; auro præfers,* has reſpice Plantas

Sanè quot Arborum, tot Librorum ſunt genera. Superbit Vlmus folijs, & cur? quia floribus, quia fructu caret. Et plurimi in Orbe literario libri, infructiferi ſunt, florum expertes, folijs graues, (c) qui vmbrâ ſuâ plantas nobiliores impediunt. O quoties in illis ſcientias ſublimes & illiuſtres quæſiui, & phantaſmata reperi! O quoties ille liber, qui putabatur Muſarum hortus, Gratiarum campus, Artium ſchola, charitum penetrale mihi fuit (d.)

*Vlmus opaca ingens, quam ſedē ſomnia vulgò*
*Vana tenere ferunt, folijſq; ſub omnibus hærēt.*

Sunt etiam alij Libri, qui ab eloquio laudantur: horum fructus ſunt flores; recreant, non inſtruunt: & dum flore plurimo odoratui adblan-

 diun-

diuntur, fructu carent. Ieiunat mens (e) cùm legit Narciſſos Philoſophicos, philautiâ tumidos, ſuperbiâ turgidos; qui vbi perplacent ſibi, Viris eruditis non placent. Sitit doctrinæ fontes in aridis Theologiæ ſcholaſticæ campis, in quibus Hiacynthi ſponte emergunt. Sunt literati hi flores, queruli tamen: quos qui inueniat, ſubdubitet, an legat pueri lachrymas, an minas militis. Et profectò multi hodie ſcriptores ſunt tales; conqueruntur, minantur: nimirùm, quæruntur contra æmulos, cùm compaſſione potiùs, quàm inuidiâ ſint digni: minantur vmbris læſi à nemine, ſunt enim glorioſi, quos Inuidia perſequitur, nec volunt hac gloriâ carere. Periclitantur inter flores primæ tonſuræ calami, & dum ſeminant Roſas, ſpinas & ſcrupulos metunt.

Non è cenſu harum arborum fuerunt Authores (f) qui ſunt Eccleſiæ Atlantes & humeris Olympum ſuſtinent. Non ſpectat ad illas D. Thomas: eſt enim quidam Humanus Angelus, aut Homo Angelicus: in cuius libris folia ornata floribus, & fructibus onerata reperio. Arbos eſt Chriſtus, aſſerente Bernardo, Arbos & S. Benedictus infero: Ergo D. Thomas eſt Arbos. De Chriſto Inſtitutor Mellifluus. *Fortaſſis & ipſe Dominus arbos eſt, & debemus ab eo quoque ramos accipere, quos noſtris pedibus apponamus. Imo non fortaſſe, ſed magis verè arbos eſt ipſe, & planta cæleſtis, ſed in terris plantata: ſicut ſcriptum eſt: Veritas de terra orta eſt, & Iuſtitia de cœlo proſpexit.* Dixerat de S. Benedicto: *Arbor fuit Beatus Benedictus, grandis atque fructifera, tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.* Et hinc Ego. Thomas fuit Chriſto ſimilis, fuit à Deo benedictus: ergo fuit arbos, & quia eſt Humanus quidam Angelus, & quidam Homo Angelicus, Planta cæleſtis fuit, ſed in terris plantata. In huius Plantæ cultu coïncidit & Cœlum & Terra. Legis, & nihil falſum in doctrinâ Angelici Doctoris reperis? Non miror. Ipſe eſt terra Virginea, & veritas de hac terrâ naſcitur. Nihil iniuſtum reperis? Non miror. Ipſe eſt cœlum puriſſimum, & proſpicit Iuſtitia è Cœlo. Sanè ſi Arcis Æthereæ firmamentum eſt hortus, conſtellationes areolæ, roſæ ſydera, & ſtellæ erunt flores: & ſi hortus orbis literarij eſt Olympus, Angelicus glorioſa hæc malus tot Soles habebit quot literas, tot Lunas quot lineas tot conſtellationes quot folia.

Fuit curæ hæc Arbos aurea (nimirùm D. Thomæ doctrina) Colonis doctiſſimis & expertiſſimis: auxerunt alij folia non fructum: plerumque enim in breui Angelici Doctoris textu, quantum in Commentarijs Illuſtrium Theologorum reperio. At Tu, ingenioſe Carole, contrariam viam ingreſſus, folia diminuis, vt ſuccreſcat fructus, vel ſaltem quintæ eſſentiæ ſimilis, ad breuitis ſpatium redactus. (g)

Vegetatiuum porro populum Doctor Mellifluus in claſſes & ſeries diſtribuit: inquit enim (h) *ſunt* (Arbores) *quæ fructum non faciunt: ſunt, quæ faciunt, ſed non ſuum: ſunt quæ faciunt ſuum, ſed non in tempore ſuo.* Retineo verba mente, & ad illa periodos ſequentes elimo. Sunt inquam Libri ſteriles, expertes fructus; qui multis folijs præpediti, grauant Lectorem, non inſtituunt. Sunt, qui fructibus alienis exornantur, vt Vlmus, quam vitis racemis onuſta coronat. Sunt qui fructum edunt ſuum, ſed non tempore ſuo: multi enim Marones, fruſtra, & quidem fruſtra poſt tempora Mecœnatis nati. Et tandem S. Thomas arbor eſt nobiliſſima, quoniam fructum ſuum dedit in tempore ſuo. Et quando, obſecro, tempore ſuo? Reſpondebit,

s. thoMas D. angeLICVs

correſpondebit etiam

CaroLVs De thoMasIo

tunc enim S. Thomas vberrimos fructus producet, cùm fuerit Commentatorem nactus, qui paucis folijs eius doctrinam, quanta eſt, mirabili compendio dilucidet: idque hoc anno currente, nam ſedente ALEXANDRO ſublimes Facultates & ſcientiæ dant fructum in tempore ſuo.

Tibi igitur congratulor Doctor Angelice, quod Arbos Tua, à tam doctâ manu ſit culta: & Tibi Carole, quod ALEXANDRI ſcribas tempore, hoc eſt, ſæculo aureo, æuo felici beatâ ætate; quando querimonia illa vetus, *ſint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones,* ceſſat omninò; nam ALEXANDER eſt omnium ſcientiarum Promotor, & omnium Doctorum Mecœnas. Fœlix eſt tanto Interprete Thomas: felix fauore tanti Mecœnatis Interpres: & Ego fœlix, quod debuerim Thomam, Interpretem, & Mecœnatem celebrare. Breuitatem vberrimam & tempus & occaſio requirit. Ergo, vt æmulus Tui, multa paucis comprehendam, ſcribo hanc Panegyrim, quam multis folijs nemo exſcribat. (i)

ΣΥ ΚΤΕΡ, ΝΟΥΣ, ΛΙΣ, ΝΑΥΣ: ΣΕΙΡ, ΛΑΣ, ΠΥΡ, ΦΛΟΣ ΓΕΛΑ, ΦΩΣ, ΔΡΥΣ.

Et quidem olim miraculum fuit in nuce Homerus, & hodie miraculum eſt Thomas in folio: miracula illuſtrentur miraculis, hoc eſt, myriadum Heroicarum myriade ad vnicam lineam redactâ. Hoc ergo numeroſo carmine Angelicum Doctorem celebro, quem dilucidas. Hoc Te, qui illum illuſtras. Hoc ALEXANDRVM

VII.

VII. cuius patrocinio & fauore reſpirant hodie literæ, & moribundæ Athenæ ad vitam & gloriam reuocantur. Thomæ Anima in Empyreo, & doctrina in literario cœlo gaudent æternitate; cæteros manet viciſſitudo. Ergo Alexander VII. omnium Scientiarum fautor, & Virorum ſublimes Artes excolentium Mecœnas, tot annos Orbi & Vrbi viuat, quot vel illi dotes & prærogatiuas Cœlum indidit, vel verſus mea Monaſtica Panegyris complectitur. Et Tu, Carole Eximie, viue Numini, cuius gloriæ deſudas: viue Thomæ, cuius Angelicam doctrinam contrahendo et minuendo propagas: Viue Chriſti Vicario, cui præbes occaſionem, vt Alexander eſſe pergat, et literas honorare et fouere non ceſſet. Sic voueo et ſcribo Romæ apud S. Calixtum Calendas Iunijs, anno Salutis MDC.LVI.

## NOTA.

Anno M DC LVII. edidit Quodlibeta Theologica Reuerendiſſimus D. Carolus de Thomaſio, et præmiſit præcedentis Protei dilucidationem ſub hac Epigraphâ.

*Caramuelis* PROTEVS; *in formas* 722; 131; 200: *hoc eſt, in ſeptingentos viginti & duos milliones, centum & triginta & vnum millia, & ducentas variabilis: S. Thomæ Aquinati, Doctori Angelico, Doctori Thaumaturgo dicatus; nec non ab huius libri* (Quodlibetici) *auctore* (D. Carolo de Thomaſio) *expenſus & dilucidatus.*

Addebatur lamina æri inciſa, ſingulas voces figuras appoſitiſſimis exprimens, quæ continebat nunc Hametrum.

ΣΥ, ΝΟΥΣ ΒΟΥΣ, ΛΙΣ, ΛΙΓΧ : ΠΥΡ,
ΦΛΟΧ, ΦΩΣ; ΔΡΥΣ, ΔΟΡΥ, ΛΑΣ,
ΣΕΙΡ.

*Tu mens, bos, leo, lynx: ignisq; & flammula, lumen.*
*Quercus & haſta, lapis; Sol quoq; clarus eris.*

Latinum Diſtichum Proteum Græcum exponit, cuius artificium D. Carolus his verbis metitur et ediſſerit.

ILLVSTRISSIMVS et Reuerendiſſimus D. Ioannes Caramuel, Campanienſis Epiſcopus, noſtri æui Ingeniorum Phœnix, cùm adhuc eſſet puer tantâ facilitate, imò felicitate, iuga Parnaſſi adſcendit, vt niſi forent hìc hodie Romæ eius condiſcipuli multi, qui viderunt, et narrant mille vnâ die ab vno Puello carmina, de quacumque materiâ condi poſſe omnem profectò fidem, et admirationem excederet. Incœpit adoleſcens illum librum, qui *Metametrica* inſcribetur, et iam per annos multos auctus lucem ſperat. In eo Lector tantam labyrinthorum varietatem inueniet, vt putet millenos Dædalos è Cretâ euolaſſe in Parnaſſum. Iam ſenex, licèt diu noctuque ſublimioribus Theologiæ ſtudijs impalleſcat, literas humaniores non negligit, ſed quando occaſio poſtulat, latices Caſtalios delibat. Arborem illam meam, folijs, fructu pauperrimam, vberrimamque; quam nuper magno ALEXANDRI VII. nomini conſecraui, aureis ſuis literis ſplendidiſſimè exornauit, quas inter veluti fulgentiſſimus Vnio, aut potius ΕΧΝΚΑΝΤΑΛΙΘΣ, *ſexaginta*, aut etiam *mille trahens varios aduerſo Sole colores*, Carmen ſupradictum enituit. Et verè illud multis nominibus Protei nomen illuſtre promeretur, ſeu enim legatur vt iacet, ſeu in formas millenas conuertatur, ſtat, totumque in *D. Thomæ* laudes, et encomia diffunditur; illaſque, et hæc in libri Autoris præſidium, et in Mœcenatis laudem proportione ingenioſâ deriuat. Eius verba repono, vt *Thomæ*, et *Alexandri VII.* communem admiremini imaginem; in dictâ enim Epiſtolâ ſic inquit.

*Multa paucis expreſſi*; nec dixiſſe ſemel ſatis eſt, iuua vſque morari, *vt altius exponam, quæ dixi*, *Miraculoſum* Animal *Reuelationum ſuarum primo admirabatur Ezechiel: Concurrebant in illud*, Homo, Bos, Leo, Aquila; *à quo Tu* Thoma, *Theologorum inſtitutor Angelici, non multum differre videris. Confluunt* ΝΟΥΣ, ΒΟΥΣ, ΛΙΣ, ΛΥΓΧ. Mens, Bos, Leo, Lynx, *vt tuum genium, & ingenium componant. Seu aſſerta tua robores, ſeu hoſtium poſitiones enerues.* Mens *es pura &* Angelica; *nihil enim in tuo labio, vel calamo præter ingenij eximij flauiſſas opulentas inueniu.* Bos, *animi diuinis manibus commiſſi ſymbolum, inter aram, & vomerem te exprimit ad vtrumque paratum; quoniam inter vitam paſſiuam, & actiuam poſitus, pro* Deo *multa perpeſſus; imò multa operatus, es nobis vniuerſis exemplo. Scripſiſti Theologica, vt* Lynx, *vt* Leo: *vt* Lynx, *quia diſtinctè ſublimia; vt* Leo, *quia tam neruosè, & generosè ſingula, vt ſpiritus tuus rugitui ſimilis, terreat, imò terat Hæreticos. Contemplabatur diuinam Sapientiam Propheta, & in eſtaſim raptus venerabunda lingua conformabat hos verſus*; Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia Iuſtitiæ tuæ. *Et tu Carolo, quia*

ANA.

 *ſa-*

*ſapientia Angelica Diuina eſt ectypus, conuertis ad D. Thomam oculos, & ais:* [*Verbum tuum (Inſtitutor Angelice) mihi eſt* ΠΥΡ, *eſt* ΦΛΟΧ, *eſt* ΦΩΣ *eſt ignis comburens, & illuminans, quoniam in ſanctæ Inquiſitionis Conſiſtorio, cui præſides, ignorantes inſtruis, & illuminas; Hæreticoſque pertinaces, qui doceri, & illuminari non patiuntur, comburis. Iuraui ergo. & ſtatui, tueri dogmata Doctrinæ tuæ: Alij rationes quærant, vt ſibi tuas poſitiones perſuadeant; mihi enim ſingulas Chriſtus Dominus ſuaſit, cum dixit;* Bene ſcripſiſti de me Thoma: *Ergo in quocumque opinionum diuortio, vt ſciam vtram debeam amplecti, erit ingenij mei phaſelo periclitanti pharus, illa vox Philoſophica,* ΑΥΤΟΣ ΕΦΑ. *Thomas hoc dixit.*] *Et quibus armis, quæſo,* Thomã *propugnabit Thomaſius? Dabit illa excellentiſſimæ* GHISIÆ *Gentis ſtemma, ipſaque voces vltimæ noſtræ panagyris exponent. Erant illa,* ΔΡΥΡ, ΔΟΡΥ, ΛΑΣ, ΣΕΙΡ. Quercus, Mons, Lapis. Stella: *Ecce Alexander, arbos eſt ſcientiarum floribus, & fructibus virtutum plena. Ecce eadem Arbos, eſt* ΔΡΙΣ, ΚΑΙ ΔΟΡΥ Quercus, & Iaculum: *Quercus, vt vmbra fidos protegat: Iaculum, vt proſternat infidos, iuſſa cælitùs* Parcere ſubiectis et debellare ſuperbos. *Ecce iterũ eadem Arbos eſt.* ΛΑΣ ΚΑΙ ΣΕΙΡ, Mons, et Stella *quoniam* (ΛΑΣ) *Lapis Senis exciſus ſe multiplicat: vt viros doctos poſſit contra Inuidiæ Hydram, potentia numeroſa protegere, quoniam* ΣΕΙΡ *mundi oculos, & aſtrorum antiſtes; Stella videlicet. noſtri vorticis vnica, quam* Solem *dicimus, excultas proprio marte literas, ad aſtra exaltat, & ſui fauoris maieſtate propugnat.*

Omnia pulchra, et magna, ſed veniamus ad pulcherrima, et maxima, ad mirabiliſſima: nempe combinationes, de quibus Sapientiſſimus Caramuel, hanc ſolam marginalem nutulam ibidem ſtruxit.

*Vox* ΔΟΡΥ *loco impari eſſe non vult, cætera liberè tranſmutantur. Si illa ſecundo ponatur, dabit* 39.916.800. *carmina Spondaica conuerſio: Si quarto, ſexto, aut octauo, totidem etiam Spondaica: ſi decimo totidem dabit communia: ſi duodecimo, totidem Dactylica. Ergo, ſi datum numerum* 39.916.800. *in* 6. *ducere placeat, hanc lineam complecti* 239.500. 800. *hoc eſt ducentos, & triginta nouem milliones, quingenta millia, & octingenta carmina reperietis. Si addatur vna aut altera vox Pyrrhichia, vt* ΘΥΡΑ, ianua; ΓΕΛΑ, ſplendos; ΓΑΛΑ, lac; ΛΥΡΑ lyra; etc. *tranſire poterit in Pentametrum hic verſus & iterum per myriades myriadum multiplicari.*

Doctiſſimè certè, et dilucidè, ſed multi ex ſapientioribus combinatoriæ Arithmeticæ leges minimè callentes, rem non capiunt, et ſolùm Scriptoris authoritati, ſimilibuſque exemplis fidem habent: eſt enim tritum illud P. Bernardi Bauchuſij è Societate Ieſu Beatiſſimæ Virgini dicatum.

*Tot tibi ſunt dotes, Virgo, quot ſydera cælo.*

Quot verti dicitur 1022. quot in cœlo ſunt aſtra ab Aſtronomis enumerata; et doctiſſimus Hippolytus Marraccius, vir vere Marianita, et meus ſatis dulcis in Maria amicus, in ſua Bibliothecâ Marianâ ait, in hunc verſum theoremata ſcripſiſſe Erycium Puteanum, verſumque in formas 1022. explicatè vertiſſe, et edidiſſe Antuerpiæ typis Plantinianis in quarto, anno 1617. In Metametricâ ſuâ Caramuel hunc eundem verſum laudat, illoque vtitur vt Proteos, et Vertumnos exponat: nihilominùs notat tria, quæ non debent contemni. Conuertit mentis aciem ad numerum, ad metrum, et ad ſenſum. *Demonſtrat primò*, non omnes huius Carminis metamorphoſes contineri illo numero 1022. quem calamus Puteani expreſſit: nam reperiuntur multò plures, quas vel ille non vidit, vel fortè omiſit numero ſtellarum contentus. *Secundò*, ait illud ipſum Hexametrum poſſe in varia Spondaicorum, aut etiam Pentametrorum genera ingenioſe conuerti. Ideas Spondaicas ſubijcio.

*Sydera quot Cælo, tot ſunt tibi Virgo dotes.*
*Sydera quot Cælo, tibi ſunt tot Virgo dotes.*
*Tot tibi ſydera quot Cælo, ſunt Virgo dotes.*

Primam Spondæi duo, ſecundam tres, tertiam quatuor claudunt. Addo hanc Pentametram.

*Tot ſunt*
*Dotes, quot Cælo ſydera, Virgo tibi.*

Ergo, cùm iſtæ ideæ in formas plurimas tranſire poſſint, etiam hinc creſcet earundem metamorphoſeon multitudo. *Tertiò*, ſenſum reſpiciens, Protei formas in duas claſſes diſtribuit; et ſicut laudat, et commendat alteram, alteram reijcit condemnatque. Cum iſtud lemma reſonat.

*Tot tibi Virgo, ſunt dotes, quot ſydera Cælo.*

Eximias Deiparæ prærogatiuas admirabundus veneratur: at verò, quando vel inuitus ſubaudit.

*Sydera tot Cælo, quot Virgo ſunt tibi dotes.*

impatienter exclamat,

*Sunt Diuæ dotes plures, quàm ſydera Cælo.*

Aſſeritque hoc ſuſpirium ipſiſſimum, ſi menſuris communibus accenſeas Dactylicam et Spondaicam, poſſe quater-millies conuerti; vt non ſolùm Marianæ dotes, ſed etiam noſtri aduerſus eam affectus cæleſtium ſtellarum numeros ſuperent, et excedant.

Pater etiam Ioannes Baptiſta Spadius, è

Præ-

prædicatorum familiâ, edidit Diſtichon de Franciſco Barberino Cardinali S. R. E. 1900. formis variabile; et aliud de Franciſco Principe Eſtenſi 1900. formis item variabile: Et eruditiſſimus Leo Alatius in ſuis Apibus Vrbanis addidit hunc Auctorem etiam compoſuiſſe Diſtichon de Beatiſſima Virgine 2200. formis variabile: et duo Carmina Italica de Vrbano VIII. in 22836. verſus commurabilia; vt pote componentia 5790. Quaternarios. Item et alia eiuſmodi exempla, licèt longè ſatis inferiora ingenti noſtrarum combinationum numero.

Anno MDCLIV. *Ferdinando* IV. Romani Imperij Regi, Auguſtæ electo, et Ratisbonæ coronato apud Montem Serratum applauſit ingenioſa Iuuentus, quæ ibidem Philoſophiæ vacabat Adgratulatio paucis verbis concepta, in varia verſuum genera, et ſummam multitudinem tranſijt: hoc enim Heroicum, et Votiuum Lemma,

*Quot Tibi Rex ſacro verſus, tot ſæcula viuas.* propter duas illas indifferentes ſyllabas, quæ in voce *ſacro* reperiuntur, transfigurationibus plurimis obnoxium eſt, quarum ſunt incapacia, quæ halent ſyllabas determinatæ quantitatis.

Tandem D. Petrus Franciſcus Paſſerinus Vir doctiſſimus, et ingenioſiſſimus, Myſticum Monoſtichon Placentiæ edidit *anno à ChrIſto DeI fILII è MarIa nato*, quod quia plurimis, placuit, volui hic ſubſcribere.

I O. C A R A M V E L.
*Iſte omnem cuiq; ad rem, aut multis vtilis eſt lux.*

Habet hic Proteus, vt minimum, 22,476. tranſformationes.

SED quia ille Græcus, cuius cauſâ cæteri ſunt producti, ſe in figuras multò plures conformat, operæ pretium erit, vt exiſtimo, earum omnium originem, et incrementa clariſſimo modo elucidare. Pendet profectò computus à Combinationum numeroſo miraculo; et ideo vt illum ab oculos ponam, nonnihil priùs de Combinatione, ſummâ tamen breuitate, præfabor. Eſt quidem Combinatio, *rerum plurium inter ſe tranſmutatio*: et ſi ſic loqui liceat, *translocatio*. Et pendet à ſequenti numerorum excurſu, qui ſtatui poteſt loco Regulæ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Si *multiplices* | 1 | *Per I* | *Habebis* 1 |
| | 1 | *Per II* | 2 |
| | 2 | *Per III* | 6 |
| | 6 | *Per IV* | 24 |
| | 24 | *Per V* | 120 |
| | 120 | *Per VI* | 720 |
| | 720 | Per *VII* | 5,040 |
| | 5,040 | Per *VIII* | 40,320 |
| | 40,320 | Per *IX* | 362,880 |
| | 362,880 | Per X | 3,628,800 |
| | 3,628,800 | Per XI | 39,916,800 |
| | 39,916,800 | Per XII | 479;001,600 |
| | 479,001,600 | Per XIII | 6,227,020,800 |
| | 6,227,020,800 | Per XIV | 8,778;201,200 |
| | 8, 778; 291,200 | Per XV | 130,767;436,800 |

Habet Tabella præcedens tres columnas: media numeros continet, quorum quæritur multiplicatio, et combinatio: hanc exhibet tertia columna: quæ reſcripta in primâ ſe producit, et generat, vt percipis, qui numerorum generationem fluxumque mente quietâ, et attentâ conſideras. Vide P. Athanaſium Kircherum. *Muſurgia lib. 8. pag. 5.*

Porrò regulam præcedentem eſſe legitimam, breuiter ſum demonſtraturus.

Vna res (pura litera A.) non ſubeſt Combinationum numero: non enim niſi vnico modo collocatur.

Duæ res (puta AB) poſſunt combinari duobus modis; nam poſſumus dicere AB. et BA.

Tres res combinari poſſunt ſex modis. Et vnde id ſcio? ex Combinatione præcedenti. Nam, ſi præcedens Combinatio dedit

AB BA.

Tertia res, quæ additur (ſit C.) poterit poni in principio, in medio, et in fine: ergo dabit Combinationes ſex. vt conſpicis.

| | | |
|---|---|---|
| CAB | CBA | *in princ. eſt* C. |
| ACB | BCA | *in medio eſt* C. |
| ABC | BAC | *in fine eſt* C. |

Quatuor res combinari viginti quatuor modis poſſunt, nam ſi literis ABC addenda ſit D, hæc vel poni poterit ante primam, vel inter primam, et ſecundam; vel inter ſecundam, et tertiam; vel poſt tertiam. Sumo calamum, et rem ita ſe habere euidenter oſtendo.

| | | |
|---|---|---|
| DCAB | DCBA | *Ponitur D ante primam:* |
| DACB | DBCA | |
| DABC | DBAC | |
| CDAB | CDBA | *Ponitur D inter primam & ſecundam.* |
| ADCB | BDCA | |
| ADBC | BDAC | |

CA

| | | |
|---|---|---|
| CADB | CBDA | *Ponitur D. inter* |
| ACDB | BCDA | *ſecundã tertiamq;* |
| ABDC | BADC | |
| CABD | CBAD | *Ponitur D poſt* |
| ACBD | BCAD | *tertiam.* |
| ABCD | BACD | |

Quinque ergo res ſtando eidem regulæ combinari poterunt 120. modis : quinta enim (ſit E) quinque modis poterit præcedentibus addi (nam vel præmittetur primæ, vel addetur vltimæ, vel inter primam. et ſecundam; vel ſecundam, et tertiam; vel tertiam, et quartam interſeretur) et 5. ſi ducant 25. dabunt 120. Res clara eſt, nec exemplo indiget: et quia cæteri numeri eodem modo exoriuntur, non eſt cur vel verbum de Combinatione in ſpecie ſubſcribam. Ergo ad Combinationes carminis præmiſſi veniamùs.

ILLVD habet monoſyllabas dictiones vndecim · ergo habebit earumdem vocum 39. 916. 800. combinationes. *Ergo, quia vox Pyrrichia locum imparem renuit, ſi loco ſtatuatur*

| | | |
|---|---|---|
| *Secundo dabit* | 39; 916, 800. | *Spondaicos.* |
| *Si quarto dabit* | 39; 916, 800. | *Spondaicos.* |
| *Si ſexto dabit* | 39; 916, 800. | *Spondaicos.* |
| *Si octauo dabit* | 39; 916, 800. | *Spondaicos.* |
| *Si decimo dabit* | 39; 916, 800. | *Communes* |
| *Si duodecimo* | 39; 916, 800. | *Dactylicos:qui* |

*omnes ſimul ſunt* 239; 500, 800. hoc eſt, *ducenti & triginta nouem milliones, quingenta millia, & octingenti.*

PROFECTO hunc eundem verſum, ſi vna aut altera vocula Pyrrichia addatur (quales ſunt ΘΥΡΑ, *ianua*; ΓΕΛΑ, *ſplendor*; ΓΑΛΑ *lac*, ΛΥΡΑ *lyra*, *&c.*) in Pentametrum tranſire poſſe notauerat idem Caramuel: quo autem modo hæc metamorphoſis debeat fieri, breuiter explicemus.

Duæ viæ ſuccurrunt: nam vel additur vnica vox diſſyllaba, & tres auferentur monoſyllabæ: vel adduntur duæ diſſyllabæ, & nulla monoſyllaba tollitur. Primam viam (ſtatim enim ad ſecundam tranſibimus) eruditionis gratia ineamus.

In hoc Proteo Pentametro,

ΣΥ,ΝΟΥΣ, ΒΟΥΣ ΑΙΣ, ΛΥΓΧ, ΔΡΥΣ, ΔΟΡΥ, ΛΑΣ, ΘΥΡΑ, ΦΩΣ.

ſunt octo voces monoſyllabæ; at erant in Hexametro vndecim, auferendæ igitur tres ſunt ab Hexametro: ſed quæ? quas tu volueris: & quia ex vndecim tres exeſſe iubentur, emergunt multæ combinationes. Nam, ſi primo loco ponas vnam, manebunt 10. quarum aliqua poni poterit ſecundo loco; & poſteà remanebunt nouem, quarum quælibet poſſit locum tertium ſortiri. Ergo, ſi 1. ducatur in 10. dabit 10. & , ſi 10. in 9. dabunt 90. Ergo tot erunt combinationes, quæ, ſi retineant ordinem, ex trium vocum ablatione reſultant.

Vt hæc veritas eluceat euidentiùs, & clariùs, has vndecim literas in teſtimonium, & examen produco.

a b c d e f g h i l m.

Auferamus ab illis omnes ternarios poſſibiles, & inueniemus.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *ab c.* | *a b d.* | *a b e.* | *a b f.* | *a b g.* | *a b h.* | *a b i.* | *a b l.* | *a b m.* |
| a c b. | *a c d.* | *a c e.* | *a c f.* | *a c g.* | *a c h.* | *a c i.* | *a c l.* | *a c m.* |
| a d b. | a d c. | *a d e.* | *a d f.* | *a d g.* | *a d h.* | *a d i.* | *a d l,* | *a d m.* |
| a e b. | a e c. | a e d. | *a e f.* | *a e g.* | *a e h.* | *a e i.* | *a e l.* | *a e m.* |
| a f b. | a f c. | a f d. | a f e. | *a f g.* | *a f h.* | *a f i.* | *a f l.* | *a f m.* |
| a g b. | a g c. | a g d. | a g e. | a g f. | *a g h.* | *a g i.* | *a g l.* | *a g m.* |
| a h b. | a h c. | a h d. | a h e. | a h f. | a h g. | *a h i,* | *a h l.* | *a h m.* |
| a i b. | a i c. | a i d. | a i e. | a i f. | a i g. | a i h. | *a i l.* | *a i m.* |
| a l b. | a l c. | a l d. | a l e. | a l f. | a l g. | a l h. | a l i. | *a l m.* |
| amb. | amc. | amd. | ame. | amf. | amg. | amh. | ami. | am l. |

Ecce, ſi A ponatur loco primo, decem remanent literæ, quæ poſſint collocari ſecundo; nouem, quæ tertio. At in metris nihil deordinatum eſſe debet: ergo ſi ternæ illæ literæ habere ordinem prioris, & poſterioris iubeantur (& cur nan iuberentur) ſicut A ablata primo loco dedit 90. & iam B, aut quæcumque alia litera dabit 90. ſi primis loco auferatur. Ergo omnes ſimul dabunt 990,

Hæ ſunt vocularum, quas auferemus; combinatinnes; modo illas contemplemur, quæ remanent, Sunt octo: ergo ex tabulâ ſuperius poſitâ habebunt formas, 40. 320. & quia voces illæ diſſyllabæ poſſunt tranſponi, reſultabunt 80. 640.

| | |
|---|---|
| *Et hæ eadem formæ* | 80, 640. |
| *Si ducantur per 9. erunt* | 725, 760. |
| *Si autem per 90. erunt* | 7, 257, 600. |
| *Si vero per 900. erunt* | 62, 576, 000. |
| *Et tandem per 990. erunt* | 79, 833, 600. |

Et

Et quidem 79. 833, 600. eſſent transformationes, quas hoc pateretur Pentametrum, ſi in ternarijs omiſſis ordo aliquis obſeruaretur. Sed, ne nimis auari. aut ſuperſtitioſi videamur, etiam omiſſas voces reducentes in computum, ab ordine earum ſuperſedeamus, & quia ſublato omiſſarum dictionum ordines combinationes 90. tranſeunt in 45. (ideo in tabula antecedenti alias rotundo, alias curſiuo charactere diſtinximus, vt præſcindendo ab ordine, 90. formas in 45. tranſire clariſſimè demonſtraretur: quoniam ſi non habeatur ratio ordinis, *abc*, ab *acb*; & *abd*, ab *adb*, &c. nullo modo diſtinguitur) alius iniri debet computus.

| | |
|---|---|
| *Formæ enim* | 80, 640 |
| *Si dicantur per* | 45 |
| *Facto computu* | 403,200 |
| *Iuxta communes regulas* | 3;225,60 |
| *Dabunt metamorphoſes* | 3; 628,800 |

Et has vt minimum retinere, et accenſere Protithesauris permittemur.

INEAMVS igitur ſecundam viam, flauiſſas multò ditiores inueniemus. Omnes igitur vndecim monoſyllabas dictiones retineamus, duaſque diſſyllabas interſerentes voce numeroſiore modulemur, dicamuſque.

ΣΥ ΓΑΛΑ ΝΟΥΣ, ΒΟΥΣ
ΛΙΣ,ΛΥΓΧ,ΠΥΡ,ΦΛΟΞ,ΦΩΣ; ΔΡΥΣ,
ΔΟΡΥ,ΛΑΣ,ΘΥΡΑ, ΣΕΙΡ.

Ergo, quia ſunt vndecim monoſyllabæ, vt anteà; 39. 916. 800. Diſticha reſultabunt. Et quia tres dictiones Pyrrhichiæ ſex vicibus mutari poterunt, habebimus 239. 500. 800. Diſticha: nempe ſimilia præcedenti, quorum Pentametrum completum ſit, incompletum Hexametrum. Sed quia incompleti verſus ex Poëtarum priuilegio aut licentiâ etiam veniunt in computum, hæc Diſticha dabunt verſus ſimplices 479.001; 600. hoc eſt, *ſupra quadringentos & ſeptuaginta nouem milliones, verſus mille, & ſexcentos*. qui additi Heroicorum communium, Spondaicorum, & Dactylicorum verſuum numero, quem paulò antè adduximus, ad maiorem multitudinem venient. Lineas ſubſequentes conſidera. *Transfigurationes, quæ reſultant*.

| | |
|---|---|
| *Ex Hexametro, ſunt* | 239;500,800 |
| *Quæ ex Pentametro ſunt* | 2;628,800 |
| *Quæ ex Diſticho ſunt* | 479;001,600 |
| *Ergo omnes ſimul* | 722; 131,200 |

Hoc eſt, *Septingenti, & viginti duo milliones, centum & triginta vnum millia, & ducenta*.

ET hic nonnullæ poſſunt vtiles excitari Quæſtiones; è multis tamen, quæ occurrunt, has pauculas dilucidabo.

I. *Quanto tempore hæc eadem carmina perlegi poſſent?*
II. *Quanto autem ſcribi?*
III. *Quot libros ſcripta conficerent.*
IV. *Quanta eorumdem librorum eſſe deberet Bibliotheca?*
V. *Quanta ad hæc omnia perficienda requirantur expenſa?*

Singulas ergo reponamus, illuſtremus, & ea certiſſimis arithmeticæ principijs reſoluamus.

## *AD QVAESTIONEM PRIMAM,*

### *Quanto hæc carmina tempore perlegi poſſent?*

NE ſubrepat aliquis error, oportebit tempus ad menſuras certas, & determinatas reducere. Hora enim ex Aſtronomorum conſenſu minutis 60. componitur: Dies horis 24. Hebdomadas diebus 7. Annus Ægyptius conſtans eſt, et diebus 365. coaleſcit. Iulianus quarto quoque anno bis numerat ſextum ante Calendas Martias diem, Gregorianus, ſicut Iulianus per quadriennia, procedit, ſed in Centenarijs nonnihil alterat, iubet enim primum ſecundum, et tertium biſſextiles non eſſe; at quarto indulget diem intercalarem. Conſidera tabellam ſubſequentem.

| *Iuxta Calendarium.* | *Ægyptium* | *Iulianum* | *Gregorianum* |
|---|---|---|---|
| Annus habet dies | 365 | 365 | 365 |
| Duo anni | 730 | 730 | 730 |
| Tres anni | 1,095 | 1,095 | 1,095 |
| Quatuor anni | 1,460 | 1,460 | 1,461 |
| Centum anni | 36,500 | 36,525 | 36,524 |
| Ducenti anni | 73,000 | 73,050 | 73,048 |
| Trecenti anni | 109,500 | 109,575 | 109,572 |
| Quadrigenti anni. | 146,000 | 146,100 | 146,097 |

Hac doctrinâ præmiſsâ, ſine qua vacillaret reſolutionis certitudo, ad rem veniamus, et his temporum menſuris lectionem horum carminum attemperemus. Poterit aliquis legere.

| | |
|---|---|
| *Vno horæ minuto* | 10. *Verſus.* |
| *Ergo hora integra* | 600. *Verſus.* |
| *Ergo 10. horis* | 6,000. *Verſus.* |

Puto diem non habere vltra decem horas quæ labori impendantur: obtunditur enim vel ferreum caput, quando vltra 10 horas ſtudere iubetur. Ergo; quidquid de naturali aut etiam arti-

artificiali die ſit, ſeruilis vltra horas decem non ſolet prudenter extendi.

| | |
|---|---|
| *Si igitur verſus* | 722;131, 200. |
| *Diuidantur per* | 6,000. |
| *Dabunt die* | 120,355. |
| *Et adhuc ſupererunt verſus* | 1,200. |
| *Qui poterunt legi 2. horis* | |

*Sed quod annos iſti dies* 120,355. *conſtituent? Dabit computus?*

| ANNI | DIES Stylo Ægyptio | Stylo Iuliano | Stylo Gregoriano |
|---|---|---|---|
| 100 | 36,590 | 36,525 | 36,524 |
| 200 | 73,000 | 73,050 | 73,048 |
| 20 | 7,300 | 7,305 | 7,305 |
| 4 | 1,460 | 1,461 | 1,461 |
| 1 | 365 | 365 | 365 |
| *Summ.* 329 | 120,085 | 120,167 | 120,164 |
| *erat dies* | 124,355 | 120,335 | 120,135 |
| *differentia* | 270 | 185 | 191 |

Ad legendum igitur hos omnes verſus requirerentur.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *Anni ægyptij* | 329. | *dies* | 270. | *hor.* | 2. |
| *Anni Iuliani* | 329. | *dies* | 188. | *hor.* | 2. |
| *Anni Gregoriani* | 329. | *dies* | 191. | *hor.* | 2. |

Fluit computus, omnes dies æqualis eſſe dignitatis ſupponens. Sed quid, ſi noſter Lector feſtos dies à ferialibus, faſtos à nefaſtis diſtinguat. Sanè in anno quocumque ſunt Dominici dies 52. et præter hos, ſolennes etiam multi, quorum aliqui obligationem, aliqui deuotionem concernunt. Varia eſt apud Gentes diuerſas obſeruantia, et deuotio; et qui vniuerſis ſcribimus, non poterimus generalem regulam ſtatuere. Cæterùm ſi veræ ſimilem pro vera ponere permittamur, edicemus, quartam eſſe anni partem, Deo et Cæleſtibus ſacram, et debebimus annos 80. vel plures numeris præcedentibus addere.

## AD QVÆSTIONEM SECVNDAM.

*Quanto poſſint tempore omnia hæc carmina ſcribi?*

CONSTO reſolutioni præcedenti, et ſuppono hominem aſſiduo labore horarum decem ſatis eſſe grauatum, nec vlterius onerari debere: Vna hora poſſe 100. verſus ſcribere hominem ingenioſum ſuppono: aliud enim eſt exſcribere à charta, et aliud eruere ex potentia materiæ: vel, qui plura ſe poſſe crediderit, faciat periculum, et experietur tantas moras, et ſalebras, vt aſſentiri malit, quàm improbabilia præiudicia tueri.

Ex hac hypotheſi ſuboritur reſolutio facillima: nam ſi ſe habet tempus ſcribendi vt 1. ad 10. qui lectionis tempus iam ſcit, ſcriptionis tempus ignorare non poterit. Numeros ſequentes conſidera.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Lectio impenderet dies* | 120,355. | *hor.* | 2. |
| *Ergo ſcriptio dies* | 1,203,552. | *hor.* | 0. |
| *Qui dant annos Ægypt.* | 3,297. | *dies* | 145. |
| *Hoc eſt Iulianos* | 3,395. | *dies* | 52. |
| *aut etiam Gregorianos* | 3,295. | *dies* | 75. |

Quod ſi adhuc feſti et ſolennes dies veniant in computum, et iſti eſſe anni quartam partem dicamus, adhuc addere deberemus annos circiter 824. Sed quia ſolennium dierum numerus definiri non potuit (eſt enim non ſolum in diuerſis prouincijs, ſed interdum in vna eademque pro deuotione gentis varius) non eſt cur ablatis ſolennibus ſeu feſtis diebus ad computum exactum deueniamus.

## AD QVÆSTIONEM TERTIAM.

*Quot, & quantos libros hæc eadem carmina, ſi ſemel ſcribantur conficiant?*

CHARTAE ſcapus (qui *Reſima* Italicè dicitur continet) manus ſeu libros 20. Manus continet folia 25. Scapus 500.

Exſcriptores Romani, qui in officinis (quas *Copiſterias* vocamus vulgò) merent, nolunt plures, quam 25. lineas in pagina, et 100. in toto folio ſcribere.

| | |
|---|---|
| *Ergo verſus* | 722;131.200. |
| *Scribent folijs chartæ* | 7;221,312. |
| *Hoc èſt, ſcapis duplicibus* | 7,221. *fol.* 311. |
| *Seu ſcapis ſimplicibus* | 14,142. *fol.* 312. |

Si agamus de libris compingendis, aio eſſe intractabilia volumina nimis craſſa; igitur, quia charta eſt bona (cur enim in malâ deberent hæ pulchræ matamorphoſes ſcribi?) ſic iubeamus compingi, vt centena folia in ſingulos libros diſtribuat, debebit compingere volumina 72. 213.

## AD QVÆSTIONEM QVARTAM.

*Quantam hæc eadem Carmina, ſi compingantur Bibliothecam requirant?*

VARIÆ ſunt in Geodeſiâ menſuræ; communiores, et hodie mihi neceſſariæ ſunt Digitus, Palmus, Pes: qui ſeruant proportionem quadruplam: Pes enim continet 4. Palmos, et Palmus 4. Digitos: vnde et Pes continebit

ſubit 16. digitos. Vide Ioannem Alſtedium in *Encyclopadiæ tom.* 2. *lib.* 14. *part.* 2. *cap.* 12 *pag.* 273.

Progredior. Centena folia bonæ Chartæ occupant binos digitos.

| | |
|---|---|
| *Ergo folia* | 7, 221, 313. |
| *Dabunt digitos duplices* | 72, 213. *&c.* |
| *adeoque ſimplices* | 144, 426. |
| *Hoc eſt palmos* | 36, 106. *&c.* |
| *Aut etiam pedes* | 9, 026. *&c.* |

Hos libros diſtribuamus per pluteos: qui ſi vincenos capiant, erunt 3. 610. et ſinguli (conſiderata videlicet craſſitudine aſſerum quibus vel ipſi conformantur, vel illi compinguntur) habebunt 43. digitos in longitudine, hoc eſt 3. pedes.

Porrò, ſi in octo ordines à ſummo ad infimum diſponas pluteos, quicumque ordine pluteos 450, vindicabit; quam obrem, ſi ex vno tantum latere ponantur libri (talis fuit, vt ſæpius audiui, Louanij pulchra, & celebris Erycij Puteani Bibliotheca: in qua aliud latus libris, aliud ſeruiebat feneſtris, menſiſque) eſſet hæc aula longa pedibus 1350. Cæterùm, ſi ex vtroque latere libris exornari deberet, poſſet ſic conformari, vt eſſet 30, lata pedibus, longa 675. haberetque figuram parallelogrammam, & latera breuia portis, longa pluteis ornaret.

Hæc dixerim, feneſtras ſupra pluteos ipſos aperiendas eſſe ſupponens; nam, ſi iſtæ coordinarentur inter illos, hæc aula deberet excreſcere; & quarta, aut ſaltem quinta parte eſſe longior.

## *AD QVESTIONEM QVINTAM.*

*Quanta ad hæc omnia expenſa veniant?*

INGREDIVNTVR in computum Charta, Scriptura, Ligatura, Plutei, & ædificinm Bibliothecæ, Debemus ergo agere in ſpecie de ſingulis, & primo de charta diſſeramus.

SVNT in varijs prouincijs chartæ communis varia pretia: & etiam, hic Romæ ſemper varia, viam ergo ingrediamur communem; & iuxta medium pretium, quod vocant reſoluamus.

| | |
|---|---|
| Erant *ſcapi* (ſeu reſimæ) | 14. 442. |
| *Venditur* Scapus 2. *ſcutis* | |
| *Ergo omnes ſcapi ſimul* | 28. 884. |

AMANVENSES Romani, vt ſcribant, ſingula folia ſingulos carlinos (ſeu baiocchos $7\frac{1}{2}$) requirunt. Ergo pro folijs quaternis ternos iulios, Debemus ergo diuidere numerum foliorum per 4. & pro ſingulis quaternionibus dare 3. Iulios.

| | |
|---|---|
| *Erant folia* | 7. 221. 312. |
| *Ergo quaterniones* | 1. 805. 328 |
| *Ergo dandi eſſent Iulij* | 4. 415. 984. |
| *Aut ſcuta Romana* | 541. 598. $\frac{4}{10}$ |

VT volumen aliquod compingatur decenter, Bibliopagus extorquet 4. Iulios.

| | |
|---|---|
| *Ergo compactura voluminum* | 72. 213. |
| *Aſcendet ad Iulios* | 288. 852. |
| *Hoc eſt ad ſcuta* Romana | 28. 885. $\frac{2}{10}$ |

MANET aliquid, quod nondum venerat in computum? Plutei. Sed quanto pretio ſtabunt? Si illos emblematis exornare velimus, exceſſiuo: at ſi ex bonâ materiâ decenti labore & induſtriâ dedolentur, & Faber denos Iulios recipiat, venient ad pretium tolerabile. Lineas ſubſequentes conſidera.

| | |
|---|---|
| *Erant plutei* | 3, 610. |
| *Stabunt ergo Iulijs* | 36, 100. |
| *Ergo Scutis Romanis* | 3, 610. |

PRo Bibliothecâ verò 675. long. 30. lat. & 30. altitudine conſtructa, Valerius Pogius noſtri Ordinis laicus architectus expertiſſimus, & eruditiſſimus, ſequentem calculum à ſe ſtudioſe elaboratum mihi tradidit.

| | |
|---|---|
| *Muri fundamentales* (*vulgò* Stereobate) *ex lapidibus ordinarijs important ſcuta* | 3, 011, 40 |
| *Parietes domeſtici, ſeu ſupra terram ex lateribus,* (*vulgò* tauolozzi.) | 4, 228. |
| *Parietes fornicis ex lapidibus orinarijs.* | 1, 519. 20. |
| *Opus arenatum* (*vulgò* colla ſub fornice.) | 182-20. |
| *Opus arenatum ſuper parietes domeſticos.* | 182-05. |
| *Pauimentum nobile* (ΑΙΘΡΟΣΤΡΩΤΟΣ.) | 728-95. |
| *Tectum ordinarium ſuper fornicem.* | 1, 968. |
| *Catena ferrea ob fornicem viginti dua.* | 550. |
| *Feneſtræ* 44. *ex* lapidibus (*vulgo* trauittini) | 450. |
| *Vitreæ feneſtræ totidem.* | 352. |
| *Portæ duæ ex lapidibus* (*vulgò* trauettini) | 160. |
| *Valuæ nuceæ pro dictis portis.* | 240. |
| *Opus albarium* (*vulgò* imbiancatura) *compactura pluteorum octo ordinum, aliaque minuta erunt.* | 400 |
| | 13.948. |

NVnc ergo ſingulorum expenſas breuiter colligamus.

| | |
|---|---|
| *Expenderentur pro charta ſcuta* | 28, 884. |
| *Pro ſcriptura, vt minimum* | 541, 598. |
| *Pro compactura* | 28, 885. |
| *Propluteis* | 3, 610. |
| *Pro ipſamet aula ædificanda* | 13, 948. 20. |
| *Ergo omnium ſumma* | 216, 925. |

ERgo, ſi tot requirantur expenſæ, tot ſæcula, tot libri, tot loci, tot plutei, tam vaſta & pretioſa Bibliotheca, vt hæc Gemma pulcherrima, vt hic nobiliſſimus Vnio materialem extenſiouem adquirat: quanti valoris erit obſecro ſpiritualis illa idea, quæ vno inſtanti, vnico in loco, vnicâ in lineâ omnes hos carminum theſauros conficit, & conſiderat? Reſpondet Plautus.

*Bono ingenio me me ornatum quam auro multo mauolo.*
*Auro in fortuna inuenitur, natura ingenium bonum?*
*Bonum ergo quam beatum* (id eſt, *fortunatum*) *me eſſe dici mauelo.*

Et hæc (quæ etiam ex Caramuelis Bibliothecâ, ac doctrinâ non mediocriter hauſi) viris curioſis pro ingenij tanti hominis libamento, & ad D. *Thomæ* Summique Pontificis *Alexandri* VII. (quos Carmen dilucidat) gloriam ſcripſi.

## NOTA.

### ☞ DXVI.

EXCELLENTISSIMVS D.D. Dux de Cremau, Princeps de Ecchenberg. &c. Orator Extraordinarius Ferdinandi III. Imperatoris ad Vrbanum VIII. ingreſſus eſt ſumma pompa & ſolennitate Romam die 7. Nouemb. 1638. hora 21. Hunc magnificum, introitum edidit Romæ & Cardinali Sabaudo Germaniæ Protectori dicauit ann. 1638. Anonymus quidam ſcriptor. Inde hæc ego.

Recenſet duodecim fuiſſe Imperatores Auſtriacos: & coronam mulieris in apocalypſis habuiſſe Stellas duodecim, Deſcribitur poſteà omnes militum & famulorum manipulos, veſtes, arma, &c. quæ omnia, quia diuitias & Ducis potentiam extollunt, expendo: volo enim vti, non auro veſtium, non curruum & equorum argento, non militum armatorum calybe, ſed ingenioſis eorum plumis, qui vel pinxerunt hieroglyphica, vel inſcriptiones conformarunt.

Summa igitur Cæſareus Orator pompâ & ſolennitate peruenit ad Ducis de Ceri palatium (ibi erat excipiendus) & legit: In medio.

I. *Perennibus æquè factis ac nominibus ſemper Auguſta in immoto catholicæ fidei patrocinio ſemetipſam alte fundauit Auſtriaca* D*omus, cui quot bella tot fuere triumphi.*

II. Hinc in latere dextero.

*Fæcunda Cæſarum, fæcunda Regum parens Auſtriaca Domus Imperium terris animos æquauit Olympo.*

Inde in ſiniſtro.

*III. Innumeris auctam triumphis Solis vtraque domus Auſtriacam non capit domum.*

Addebantur aliæ inſcriptiones, quæ nec carent conceptu, nec debent omitti. Subſcribo aliquas.

*IV. Nunquam digniori.*
*V. Sua Virtus euexit.*
*VI. Ni adero, nulla erit.*
*VII. Æterna eſt gloria facti.*
*VIII. Quiſque ſua fata.*
IX – ◡ ◡ -*gemini compreſſa licentia Monſtri.*

Adſcriptum erat Aquilæ candidæ ſuper yolanti.

X. *Solis Iubar vnica perfert.*

Rotæ aureæ.

*XI. Semper circum acta ſecunde.*

Coronæ aureæ.

*XII. Virtuti debita merces.*

Quinque Roſis purpureis.

*XIII. Vrbis & Orbis amor.*

Tribus Coruis coronatis.

*XIV. Sapientia redimiuit.*

Anchoræ aureæ.

*XV. Sacrum cuique perfugium.*

Tiberi coronato arundinibus,

*XVI.* – ◡ ◡ – ◡ *mihi veteres redduntur honores.*

Danubio lauro coronato.

*XVII. Imperium ſine fine mihi.*

Pingebatur Pomum Perſicum cum vnico folio, & quia illud videtur cordi eſſe ſimile, hoc linguæ, ornabatur hoc lemmate,

*XVIII. Cordis & oris.*

Aderat & Ciconia ſerpentem roſtro diſcerpens, dicenſque.

XIX. *---Hoſtemque, doloſque.*

HAs Inſcriptiones recognoſco, & quia ex primâ natus fuit Proteus ſextus, quem ſuperiùs expendimus; examinemus breuiter, An aliquid ex cæteris oriatur, quod ad ornatum Metametricæ noſtræ conducat?

## ANTI-PROTEVS.

### ☞ DXVII.

HOc nomine inſignire placet Carmina illa, quæ nullam admittunt vocum commutationem. Sanè Proteum illum,

Quot

Quot ſunt bella Tibi, tot fers Gens magna triumphos.

Quem 5760 vicibus variari oſtendimus, Ecchenbergij Principis introitus triumphalis exhibuit. Sed quia Inſcriptiones illæ magnæ erant eruditionis plenæ, ad ſecundum conuerto oculos, & applaudo.

Sanè Auſtriaca Domus fœcundiſſima eſt: & hæreditario iure multa regna connexuit, quæ poſteà etiam gladio tutatur: vnde exſtat illud Monoſtichum.

*Bellagerant alij, tu fœlix Auſtria nube.*

Ex quo deducitur alias familias igne et gladio populos ſubegiſſe, et ſubactos armis et violentiâ tueri: at Auſtriacam jure hæreditario per legitima matrimonia ad præſentem majeſtatem venisse, quâ.

Imperium terris, animos æquauit Olympo.

Vnicam ſolam formam hic verſus habet. Vel dictiones altera, & te metrum corrupiſſe videbis. Ex tertiâ deduxi hunc Anti-Proteum.

Gentibus innumeris dominabitur aucta triumphis.

Et quidem illud *innumeris* triumphis et gentibus poteſt competere: ſunt enim innumeri triumphi quos Gens duxit Auſtriaca, et innumeræ Gentes, quibus imperat et dominatur.

Inſcripta ſeptima præbet occaſionem et numeros, vt hoc inuariabile Carmen pangamus.

Euehit Auſtriacos æterni gloria facti.

Et quidem multa ſunt Auſtriacorum heroica et egregia facinora, ob quæ ſunt famæ et nominis, nec non imperij Æternitatem conſequuti: vt non immeritò illud Cæſarum Lemma [A.E.I,O V.] à curioſis exponatur, *Auſtria erit in orbe vltima*. At inter omnes virtutum ſublimium operationes, æternam gloriam peperit illa Religioſa deuotio, vi cujus Rudolphus pauperi Sacerdoti ad ruſticum ferenti Viaticum, equum conceſſit, à pedibus et fræno ſeruiuit; et præluxit omnibus, vt quantâ reuerentiâ Chriſtus, quantâ ejus Miniſtri ſint habendi noſcamus. Lauri, coronæ, diuitiæ, gloriæ, quibus Auſtriaca Gens condecoratur, hujus actionis religioſæ ſunt præmium.

Eſt hæreſis, *Monſtrum immane, informe, ingens, cui lumen ademptum*: et duæ ſunt, quæ Germaniam affligunt; Lutherana ſcilicet et Caluiniana; contra duplex monſtrum Domus Auſtriaca pugnare debuit. At tandem fuit.

Imperio gemini compreſſa licentia Monſtri.

Nobiſque indulgeat Deus, vt ſicut hoc metrum eſt inuariabile, ſic ſemper inuariabilis ſit Auſtriacæ Gentis gloria, et Hæreticorum oppreſſio.

Ex Inſcriptione XI. deducitur hic Anti-Proteus.

Aurora Auſtriadum ſemper circum acta ſecundè.

Si loco vocis *Auroræ* collocetur *Fortuna*, ſenſus carminis erit manifeſtior, & grandior; at illud non erit immutabile, poſſet enim quis dicere,

*Circum acta Auſtriadum ſemper Fortuna ſecundè.*

Et quidem Aurora quædam eſt Auſtriacæ Gentis Gloria, nam ſicut illa à ſole Æthereo naſcitur, ſic & hæc à ſole Iuſtitiæ, qui Auſtriacæ Gentes Religionem & deuotionem nobiliſſimis ſplendoribus condecorauit.

Duodecima parit hoc lemma, quod etiam immutabile eſt.

Alma corona tuæ vir tui debita merces.

Poſt magnas clades Tiberis, poſt caſus & occaſus varios, gloriatur ſe immutabilitate donatum, & immutabili carmine exclamat,

Tandem aliquando mihi veteres redduntur honores.

& Auſtriaca Domus æternitate gloriæ & potentia ſuffulta, reſpondet.

Imperium ſine fine mihi dedit altus Olympus.

Habes igitur (Amice lector) Antiproteos, quos laudes imiteriſque: nam, ſicut in Proteo multitudo transfigurationum commendatur, ſic immutabilitas conſtantiaque Anti-Proteo. Et hæc de hoc argumento adduxiſſe ſit ſatis.

PLACET *hunc Tractatum claudere D. Petri Franciſci* Paſſerini *nomine*, *&* *ingenio*: *illud enim toti eſt* Europæ *notum*, *&* *hoc venerabitur ſera poſteritas actis æternitatis*.

D. Petri Franciſci Paſſerini &c.

# PROTEVS CHRISTIANVS.

Cryptographus, & Griphologus.

Ex Tractatione

1 Ieremian. 2 Cæſarea, 3 Auguſt. 4 Romana, 5 Trithemian. 6 Diaulica.
1 *NDC*, *IGZT* 2 *TZDXRO* 3 *OPY*, *OKG* 4 *V*IIXXIXX*V*IXXXI, 5 I*AEKAIBEA* 6 I*MS*IS:
1 Ieremian. 2 Cæſarea, 3 Auguſt. 4 Romana, 5. Trithemian. 6 Diaulica.
1 *DKC*, I*TG* 2 *TZDPTZMG* 3 *OPOGKV*? 4 XIIIXXIX*V*, 5 I*B*EICIGI*BEA* 6 L*INTLVV*.

Lux, præ qua Sol nox, nix fit pix, lex mea mi ſis:
Vox, per quam quid non fit? ni te, mens mea nil vult.

☞ DXVIII.

Viro Clariſſimo Angelico Aproſio Intemelienſi, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini SS. Theologiæ Profeſſori; Acad. Incognito Geniali &c.

V. CL.

PROTEVM *Proteo vt debeo, ſic dedico, verè Angelicè Aproſ. Sapricius ille Sapricij Oldaurus Scioppius, Maſottus, & Carolus Galiſtoni, Scipio Glareanus, & Parageſius ipſe, quos* Ioan. Franc. *Lauredanus*,

Littoris Adriaci Siren, & noſtri Tullius æui,

*Tibi familiariſſimos appellauit, Te tot Auctorum Auctorem, Sapientiſſimum Proteum demonſtrant. Proteus autem meus tot protinus tranſit in effigies, vt, ſi totidem viuas, & valeas in annos,*

Omnibus elapſis fias annoſior annis.

*Plac. Id. Ian. MDCL.*

*Addictis. Ser.*

Petrus Franciſcus Paſſerinus.

*Multiplex in Proteo moris & oris mutabilitas explicatur.*

TRIA in Proteo noſtro animaduertenda ſunt: Literarum Criptographia, ſyllarum Proſodia, & Verborum Griphologia; quæ omnia tam multiplicem pariut obſcuritatem, vt quemadmodum nîl mutabilius, ita nîl Proteo inexplicabilius videatur.

PROTEI

*Cryptographia explicatur.*

CRYPTOGRAPHIAE quam Latinè occultam ſcriptionem appellamus, modos omnes ad tria quaſi ſumma omnium genera reduxit Hugo, *de prima ſcribendi origine cap.* 16. nimirùm 1. ad Literas, planè fallentes aſpectum, 2. ad Literas aliarum Literarum loco poſitas, 3. ad Notas de quibus omnibus fusè, ac eruditè agit Io. Baptiſta Porta Neapolit. *De furtiuis Notis*, & ſelectiſſimè Puteanus *Epiſt. ad Plomitrium. De Cryptographia*. Protei noſtri clandeſtina ſcriptio ad ſecundum omninò Cryptographiæ genus referri debet, cùm Literarum characteres nec inuiſibiles ſint, nec per notas; ſed per tranſpoſitionem ſcripti: quam ſcribendi formam Varro *lib.* IV. *Etymolog.* TRACTATIONEM vocat; non ARCTATIONEM, vt malè quidam legunt, quod diligenter adnotauit Turnebus *lib.* 24. *Aduer. c.* 29. Cùm autem Tractationis, ſeu per literarum Tranſpoſitionem, Translationem, Tranſportationem, ac Metatheſim ſcriptionis ſpecies fere infinitæ ſint, adeò vt Trithemius *Polygraphiæ ſuæ lib.* 5. ex vno Latinarum Literarum Alphabeto paulo minùs, quàm quatuordecim millia per Literarum metatheſim effici poſſe demonſtret, eas Tractationis formas, quibus in Proteo vſi ſumus, ſingillatim indicauimus, ne Delio, vt aiunt, Natato-

tatore ad rem diuinandam opus eſſe conclamaretur, quas breuiter hic ſingulas exponemus.

*Ieremiana* Tractatio quid ſit docet Hieron. *Commentar. in cap.* 25. *Ieremiæ*, qui apud Hæbræos literas ita tranſponi ſolitas affirmat, vt prima loco vltimæ, ſecunda loco penultimæ, atque ita deinceps ponerentur, videlicet Aleph pro Tau, Beth pro Schin, &c. Sic ab Ieremia ſcriptum fuiſſe cenſet *Seſach* pro *Babel*, ne Rex in captiuos Iſraëlitas irritaretur. Si ergo eadem Literarum tranſpoſitio in noſtro fiat Alphabeto N, erit loco L, D loco V, & C loco X; vndè NDC erit LVX. præterea I erit loco P, G loco R, Z loco A, & T loco E: vndè I GZT ex tractatione Ieremiana erit PRÆ.

*Cæſarea* tractatio ex Dione *lib.* 39. eſt, cùm primarum Literarum loco quarta quæque ſuccedens ſcribitur, exempli cauſa, D pro A, E pro B, F pro C, &c. qua ſcribendi ratione vſum C. Cæſarem teſtantur Suetonius, Gellius, & Probus Grammat. qui de occulta Literarum ſignificatione à C. Ceſare ſcriptarum Commentarium perſcripſit. quare ex Cæſarea tractatione T. erit Q, Z erit V, D erit A, & TZD erit QVA. præterea X erit S, R erit O, O erit L, & XRO erit SOL.

*Auguſta* tractatio, quâ Auguſtus Imperator vtebatur, fit, ſi pro vnaquaque litera ſuccedentem ponamus, hoc eſt, pro A ponatur B, C pro B, D pro C, &c. pro X. autem duplex AA. ita Sueton. *in Auguſt. c.* 88. Vndè nobis O erit N, P erit O, Y erit X, & OPY erit NOX. præterea O erit N. K erit I, Y erit X, & OKY erit NIX.

*Romana* tractatio eſt, cùm Literas numerales eum numerum notantes, quem ex Alphabeti ſerie conficiunt, loco literarum ipſarum ſcribimus, i. I. pro A, II. pro B, III. pro C, IV. pro D. V. pro E, & ita deinceps, cùm enim Hebræi, inquit Bibliander, numeris vtantur loco Literarum, quod etiam Græci ipſi facere conſueuerunt, cur Romani præſtare id nequeant VI. ergo erit F, IX. erit I. XIX. erit T, & VI. IXXIX. erit FIT. præterea XV. erit P. IX. erit I, XXI. erit X, & XV IXXXI. erit PIX.

*Trithemiana* tractatio ab ipſo Trithemio *in Explanatione libri* 6. *Polygraph.* affertur, quam ad Hebræorum & Græcorum imitationem effinxit, & à ſe primum inuentam teſtatur, tale autem eſt illius Alphabetum.

A valet idem, quod 1. B 2. C 3. D 4. E 5. & 6. F 7. G 8. H 9. I 10. IA 11. IB 12. IC 13. ID. 14. IE. 15. I & 16. IF 17. IG 18. IH 19. K 20. L 30. M 40. N 50. O 60. P 70. Q 80. R 90. &c. Hinc apud nos IA erit 11. hoc eſt L, E erit 5. hoc eſt, item E, KA erit 21. hoc eſt, X, & IA E KA erit LEX, præterea IB erit 12. hoc eſt M, E erit 5. hoc eſt item E, A erit 1. hoc eſt, item A, & IBEA erit MEA.

*Diaulica* tractatio fit retrogradiendo, & verba inuertendo: *Curſorum* ſiquidem *pars*, ait Budæus *in Pandect. ex Leg.* Athletas, *Diaulodromi dicti, cùm ad metam peruenerant, flectentes eò rurſus recurrebant, vnde curſum inierant. Diaulus enim dicitur huiuſmodi circumactus curriculi, i. curriculum duplum.* Verbis autem planè inuerſis ad occultationem ſcribi ſolitum narrat Iſidorus, certè Griphologi ſic ſæpè ludunt; vnde bellè dicitur.

*MVTNEGRA cum MVRVA faciunt rectiſſima curua.*

Ideſt *ARGENTVM, & AVRVM*, hæc duo nomina retrolegendo more diauli. Si ergo Diaulico recurſu legamus duo illa poſtrema primi verſus verbula IM, & SIS, fient MI, & SIS. Immo verſus ipſi integri, ſingulis retrocurrentibus literis, modò eundem, modò diuerſum ſenſum reddentes fieri ſolent, qui Retrogradi nuncupantur, & aliquando etiam vocum ſerie ipſiſſimi Reciproci ſunt, vt ille eſt.

*Anna tenet mappam madidam mappam tenet Anna.*

Diſtichon ergo è Protei Cryptographia natum hoc ipſum eſt.

*Lux præ qua Sol nox, nix ſit pix, lex mea mi ſis.*
*Vox, per quam quid non ſit? ni te mens mea nil vult.*

# PROTEI

## PROSODIA EXPLICATVR.

ERVTO è multis Cryptographiæ modis Diſticho, videndum reſtat, quoties vterque Diſtichi verſus, ſeruata ſemper Hexametri carminis ratione, atque iiſdemmet ipſis verbis non pluribus, nec paucioribus, nec immutatis, varias Protei more induere poſſit effigies: &, vt rem paucis expediam, vterque Protei noſtri verſus 39. 916. 800. modis, dactylo ſemper quin-

quinto in loco pro more remanente, variari poteſt.

Quòd ſi ex ſolis Spondeis Spondaicus verſus fiat, quod, nonnunquam ab Ennio præſtitum non ignoramus, & Græcius multò frequentiùs eſt, quàm Latinis, quale eſt illud,

*Ciues Romani tunc facti ſunt Campani.*

dummodo monoſyllaba eliſionem non admittentia ſeligantur, verſus ille 479. 001. 600. modis ſemper inuicem diſtinctis replicari poterit, cuiuſmodi noſtrum hoc eſt, quod Diſticho iam allato reſpondet.

*Si vis me, da mi te: cor rem vult, cui ſedate.*

Quamobrem, qui alterutrum Diſtichi noſtri verſum iuxtà eos omnes modos, quibus variari poteſt, exactè perſcriberet, vnicus verſus non in vnum, ſed in 2892. volumina exoreſceſceret, quorum vnumquodque omnia Virgilij opera exæquaret; qui verò reſpondentem Diſticho verſum, quoties diuersè replicari poteſt, exarare poſſet 34710. volumina ſuperioribus æqualia conficeret, quæ ſola ſatis amplam exigerent bibliothecam.

Cùm tamen eadem Protei noſtri verba non eundem ſemper ſenſum apertè ſeruent, quem ante tam multiplicem variationem habebant, alius adhuc verſus artificij gratia excogitari poteſt, cui eadem carminis forma, eadem verba, atque idem omninò ſenſus ſemper inhæreat, qualem noſtrum hunc ex puris Monoſyllabis, & Trigrammatis voculis conflatum vides.

*Lux, nox, nix, pix, mel fel, nos, vos, res, cui par nil.*

quem quidem ſi Hexametrum cum dactylo in quinta ſede volueris, nomen illud *cui* dyſſillabum ibidem retinere poteris; ſin autem Spondaicum, ſtatim *cui* monoſyllabum factum, quamcunque malueris, ſedem occupabit.

Senſus autem verſus huius duplex eſſe poteſt, primò, ſi propriam vocum illarum ſignificationem intueamur, & ſenſus erit huiuſmodi, *Lux & cætera omnia ſunt quid ſimile, & par nihilo*, ex nihilo enim omnia facta ſunt, & in nihilum à Deo mox redigi poſſunt, quó etiam natura ſua vergunt, ac proindè rebus omnibus creatis nihil nihilo ſimilius inuenitur, nam ſeu ſint quodammodo incorporea, vt *lux*, et *nox*, ſeu corporea, vt *nix*, et *pix*, ſeu inanima, vt *mel*, et *fel*, ſeu animata, et rationis etiam capacia, vt *nos*, et *vos*, omnia ex ſe nil ſunt, vudè *nil*, et iſta omnia *par* ſunt, Secundò, ſi vocum earundem non propriam ſignificationem; ſed characteres, eorumque numerum inſpiciamus, et ſenſus erit *Lux, & cætera voces illæ, & nil ipſum ſunt quid æquale, & par.* Cùm enim voces illæ omnes monoſyllabæ ſint, et tribus ſingulæ conſtent elementis; eæ omnes inter ſe pares, et æquales ſunt, et vnaquæque illarum vnicuique par eſt literarum numero, ac proinde tam *lux*, quam *nox*, etc. ſunt res quædam, cui *nil* eſt æquales, quia tam *nil*, quas *res*, et reliquæ omnes verſus voces trium, vt diximus, literarum ſunt, quo modo tritum illud explicari debet ænigma, quod prima facie tantopere torquet Arithmeticos.

*Ter tria ſunt ſeptem, ſeptem ſex, ſex quoque tres ſunt.*

voces enim illæ *ter tria* verè ſeptem literæ ſunt et ſic de reliquis.

Quare vltimus ille noſter verſus, ſiue vocum ſignificationem, ſiue literarum numerum inſpicias, ſiue cum interrogatione, ſiue ſine illa proferas, ſiue Hexametrum Dactylicum, ſiue Spondaicum velis, quomodolibet voces omnes tranſponas, ſemper vterque ſenſus vbique conſtabit, et vera erunt omnia.

Immò, quia verſus verè non ſolùm ob multiplices verborum collocationes, & ſenſuum diuerſitates, vt vidimus; ſed etiam ob diuerſas literarum ipſarum in ſingulis, ijſdemque verbis tranſpoſitiones variari poteſt, adeò vt idem quidem verſus, idem ſenſus, eadem verba, eademque omnino eorundem verborum literæ; ſed non idem literarum ordo in verbis ipſis inde remaneat: idcirco verſus adhuc alius omnium artificioſiſſimus confici poteſt, qui non modo monoſyllabis conſtet, vt variabilior euadat, et triliteris, vt artificior fiat; verùm etiam retrogradis, ſeu recurrentibus dictionibus vt in vna, eademque monoſyllaba, et trilitera voce literæ ipſæ quoque eædemque inter ſe mutuo mutentur, et multipliciter iterum abſque vlla vel verſus, vel ſenſus, vel verborum ipſorum mutatione, quod ad ipſorum integrorum collocationem ſpectat, vel mixtione, cùm literæ vnius verbi cum literis aliorum verborum nullo modo commutentur, vel commiſceantur, tranſponi queant, quod nos ipſi denuo in hoc verſu Hebraicis, et Latinis aliquot huiuſmodi monoſyllabis, triliteris, et retrogradis conſtante, vt ſatis difficulter ita ſatis, opinor, euidenter expreſſimus.

*Vau, ter tres Mem, ſex Nun* Sus; *Tot, Gog cui Non* Sis? in quo illæ eædem omnes, quas in ſuperioribus animaduertimus, ſenſuum, ac verborum varietates toties iterum multiplicari poterunt quoties huiuſce verſus voces monoſyllabæ, triliteræ, et retrogradæ, ſeu Diaulicæ, et retrocurrentes, quæ octo ſunt, nimirum Vau, Mem, Nun, et Gog. Hebræa, Sus, Tot, Non, et Sis

ſis Latina, vel ſeorſim ſingula, vel coniun-
n plura, vel etiam ſimul omnia inuerti;et va-
i poſſunt. Quamobrem, cum verſus ille ſu-
ius allatus.

*Lux, nox, nix, pix, mel, fel, nos, vos, res,*
*i par nil* 47900160o modis, vt diximus, re-
icetur, Hebraicolatinus iſte nouus ex octo
rogradis monoſyllabis compoſitus 445471
5360 modis variabitur. Senſus autem huiu-
e verſus meridiana luce clarior apparebit, ſi in
rimis animaduertatur ex Bellarmino *Hebraic.*
*Iuſt. part.1. c.1.* Hebræorum literas numero-
um notas eſſe, ac proinde per Vau 6, per
Mem 40, & per Num 50 ſignificari; quare ſi ſe-
el Vau, nouies Mem, & ſexies Nun accipian-
ur, fiet numerus 666, qui eſt numerus nominis
Beſtiæ, vt *Apocal.* 13. habetur præterea per
Gog intelligi Antichiſtum, ſeu Beſtiam, ſic enim
tus 38. *Ezechielis caput* interpretatur. *Anti-*
*chriſtus,* inquit *Appellatur Gog; populus autem,*
*qui eum ſecuturus eſt, Magog; nam in ſacris li-*
*teris, & ſanctorum doctorum libris Gog, & Ma-*
*Antichriſtum, eiuſque membra deſignant.*
Denique Antichriſtum à nobis Suem appellari,
quod ſuis inſtar omnibus gulæ, & libidinis vi-
is infamis futurus ſit.

Verſus ergo tandem apertiſſimum hunc
e ſenſum quis non videat? *Vau* i.6. nouem
*Mem*, i.360, & ſex *Nun*, i.300, ſunt *Sus*: quis
enim ignoret, ò *Gog*, te eſſe numerum illum,
te ex tot conſtare, quot ſunt numeri litera-
rum, quos iam diximus?

Et ne mirum hoc, aut etiam falſum alicui
videatur, variationis huius originem, ac incre-
mentum quàm breuiſſimè ſubdam, quæ me
Mauritius de Curtis Parmenſis Auguſtiniani
Ordinis decus, & Mathematicarum Doctrinarum
eruditiſſimus, æque ac Acutiſſimus Doctor per-
humaniter docuit in hæc verba.

*Vt modi ſemper omnes, quibus quaſcumque*
*poſitas res inter ſe variari contingat, innote-*
*ſcant, hæc eſto Regula. Numeri omnes iuxta*
*m naturalem præcedentes per propoſitum*
*m numerum inuicem multiplicentur; Vltimus*
*o multiplex eueniens numerus multiplicetur*
*propoſitum eundem numerum. Nam, qui*
*procreabitur, multiplex numerus; propoſi-*
*m rerum varietates, quæ fieri poſſint, indi-*

*Sint propoſitæ res numero 4. Inuicem multi-*
*entur 3.2 & 1. numeri ſcilicet omnes iuxta*
*naturalem numerum 4. præcedentes; Mul-*
*verò vltimus eueniens numerus 6. multi-*
*er per eundem propoſitum numerum 4. Nam,*
*nde procreabitur, multiplex numerus; doce-*
*4 ſubire poſſe 24. varietates.*

*Porrò aſſignatam Regulam confirmat hic di-*
*ſcurſus. Plurium rerum in linea recta diſpoſita-*
*rum eouſque variabilis erit ordo quouſque nouo*
*Tranſpoſitionis modo poterunt eadem res interſe*
*diuerſificari. Omnis autem poſſibilis Tranſpoſitio*
*oritur.*

*Si duæ tantùm res ſint, vt A. B, ex præceſ-*
*ſione, vt ſi A præcedat* B. *quod vnico modo eſſe*
*poteſt, ſic* *b. A*

*Si tres verò res ſint, vt A. B. C, non ſolùm*
*ex præceſſione, A. ad B. C, quod dupliciter eue-*
*nire poteſt ſic A. b c A. c b. & ex ſubſequutione,*
*A. eiuſdem ad B. C, quod dupliciter eſſe poteſt ſic*
*c b A b c A. ſed etiam ex mediatione, A, inter*
*B, & C. tanquam extrema, quod dupliciter ad-*
*huc euenire poteſt ſic b. A. c. c. A. b.*

*Si quatuor denique res ſint, oritur poſſi-*
*bilis Tranſpoſitio inter A. B. C. D. ex quinque*
*capitibus.*

*Primò ex præceſſione, A. ad alias tres lite-*
*ras, quod quidem ſex modis euenit ſic* A. *b c d*
A. *c d b*
A. *d b c* A. *b d c*
A. *d c b* A. *c b d*

*Secundò ex ſubſequutione. A. ad alias tres*
*literas, quod ſex modis euenit ſic d c b.*A *d b c.*A
*c d b.* A *c b d.* A
*b c d.* A *b d c.* A

*Tertiò ex interpoſitione, A. inter, B. tan-*
*quam vnum extremum, & inter, C, D. tanquam*
*alterum extremum, quod quadrupliciter euenit*
*ſic b.* A. *cd dc* A. *b*
*b.* A. *dc* *cd.* A. *b.*

*Quartò ex interpoſitione A. inter, C. tan-*
*quam vnum extremum, & inter, B, D. tan-*
*quam alterum æxtremum quod quadruplciter*
*euenit ſic c.* A. *d b. b d.* A. *c*
*c.* A. *d b.* *b d.* A.*c*

*Quintò ex interpoſitione A. inter, D. tan-*
*quam vnum extrrmum, & inter, B, C, tan-*
*quam alterum extremum, quod quadrupliciter*
*euenit ſic d.* A. *b c c b.* A. *d*
*d.* A. *c b* *b c* A. *d.*

*Igitur, ſi duabus literis, A, B. addita ter-*
*tia litera, C. cùm duæ tantùm eſſent poſſibiles*
*varietates, ſex poſteà reperiuntur variabilitatis*
*modi: & tribus literis prædictis adiecta quarta*
*litera, C. creſcunt varietates poſſibiles vſque ad*
*viginti quatuor; Certum eſt: Si numerus poſſibi-*
*lium varietatum inter aliquot res multiplicabitur*
*per numerum rerum, quæ vna re excedant prio-*
*res res, procreatum iri multiplicem numerum*
*indicatiuum varietatum omnium, quibus ſubia-*
*cere poſſunt res poſteriores. Nam 6. qui indicat*
*ſex poſſibiles varietates* Inter A, B, C, *eſt nume-*
*rus multiplex procreatus ex, 2. multiplicatis per 3.*

Et 24.

*Et* 24. *qui oſtendit, varietates poſſibiles inter* A, B, C, D. *eſt numerus multiplex procreatus ex* 6. *multiplicatis per*, 4.

*Quis igitur non concedat, ſi in vno Carmine adſint vndecim voces variabiles, illas poſſe transponi* 399 16800 *vicibus* (*quandoquidem hic idem numerus eſt multiplex numerus procreatus ex facta multiplicatione* 3628800 *numeri vltimi multiplicis producti, & conſequentis ad multiplicationes factas per omnes inuicem numeros præcedentes* 11. *iuxta naturalem ſeriem, ſcilicet* 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. *&* 1. *per numerum* 11. *propoſitum*.

*Quòd ſi in eodem Carmine vnica adhuc tantùm vox variabilis addatur* (*mirum dictu*) *erit Carmen illud verſatile tot vicibus, quot accuſat hic numerus* 47900. 1600: *Hic enim numerus eſt præcisè procreatus ex ſupradicto num.* 399 16800 *multiplicato per* 12.

*Sed vix credenda loquor*. Si *hæc poſtremò adijcienda vox ſit fortè conuertibiliter proferibilis ita, vt tam retrogradè, quam rectè pronunciata eundem reddat ſonum, & ſenſum, quales ſunt*, Non, Sus, *&c. tunc quoniam huiuſmodi vox erit potens inducere variationem non ſolùm in ordine ad alias vndecim præexiſtentes voces ratione tranſpoſitionis; ſed etiam in ordine ad ſe ipſam ratione inuerſionis literarum, quibus definitur; Numerus poſſibilium excreſcentium varietatum erit aſſumendus in dupla proportione; atque adeò pro uumero* 439; 084, 800 *ſufficiendus eri[t] numerus* 878, 169, 600, *qui ſupputatus cum nu[-]mero poſſibilium variationum tam repertarum in vndecim vocibus excreſcet in numerum* 91[-] 086, 400.

*At verò, ſi ex duodecim vocibus duæ ſin[t] conuertibiles; numerus addendus varietatibu[s] poſſibilibus inter decem voces propter duas voce[s] ratione tranſpoſitionis poſſibilis, erit ratione ver[-]tibilitatis quadruplicandus. Quare pro numer[o]* 475; 372, 800. *aſſumendus erit numerus* 1, 901 491, 200. *qui numeratus cum* 3; 628, 800. *nu[-]mero accuſante tranſpoſitiones poſſibiles inter de[-]cem voces ampliatur vſque ad* 1, 905; 120, 000.

*Sed, quanam amplificatio proueniret, ſi tres exiſterent voces retrouertibiles? Hoc auſim dicere: ſi octo reperiautur voces prædictam inuer[-]ſionem admittentes, numerum poſſibilium varie[-]tatum non futurum minorem* 44, 547; 156, 360. *numero tam ingenti, vt vix Italia tota poſſit in ſua ſuperficie tot grana tritici capere, etiam ſi ti[-]ta eius latitudo triticeis granis contegeretur.*

*Neque id mirum eueniet animaduertenti pr[o] iſtis octo vocibus, quas vertibiles ſupponimus iux[-]ta canonem à me traditum in* mei Promptuarij Mathematici tom. 3. lib. 5. *de multiplici Arithme[-]ticæ progreſſionis vſu, (ad quem lectorem remit[-]tò) nonaginta tribus vicious repetendum eſſe hunc numerum* 479; 001, 680. *& denique adijcien[-]dum* 120.

# PROTEI

## GRIPHOLOGIA EXPLICATVR.

PROTEVM hunc noſtrum gripholognm, ſeu ænigmaticè loquentem diximus, quia licèt Chriſtum alloquatur (quem propterea *Chriſtianum* quoque nuncupauimus, ſicuti Bauhuſius, & Puteanus Proteum illum ſuum ad B.V. 1022. modis variatum,

*Tot tibi ſunt dotes Virgo quot ſidera cælo*,

*Parthenium* appellarunt (Chriſtum tamen ſymbolicè quodammodò deſcribit, vt ænigmata loqui videatur. *Lux* ergo dicitur Chriſtus, quia ipſe dixit Ego *ſum lux mundi*.

*Præ qua ſol ſit nox* nam *Stellæ ſunt mundæ in conſpectu eius*.

*Vox, per quam quid non ſit*? etenim *Vox domini in Virtute, Vox domini in magnificentia*, Verbum illud eſt, per quod facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil.

*Si vis me da mi te: cor rem vult, cui ſe dat.*

Chriſti reſponſum Chriſtiano datum iure, a[c] merito tam multis modis, quod ad ſolam ea[-]rundem dictionum tranſpoſitionem attinet, va[-]riari poteſt, vt pluribus, meo quidem iudicio nullus alius variari queat, quò infinitam Chriſti Sapientiam hìc etiam admiremus.

### CARAMVELIS

*In Proteum præcedentem*

### NOTÆ.

### DXIX.

HVCVSQVE Clariſſimus & Eximius D[o-]minus D. Petrus Franciſcus Pa[-] nus. Interim, quia aliqua n[i-] breuiter tangit, paulò vberiùs [ea-]dem reponere neceſſarium eſt.

§. Cr

### §.*Cryptographia*.

KΡΥΠΤΟΓΡΑΦΙΑ, Græca dictio eſt: à voce ΚΡΥΠΤΟΣ, quæ eſt *occultus*; et ΓΡΑΦΙΑ, quæ eſt *ſcriptio*, deducta: vnde ΚΡΥΠΤΟΓΡΑΦΙΑ nihil aliud eſt, quàm *occulta ſcriptura*.

An-ne illud Trithemij dictum: videlicet; *ex vno Latinarum Alphabeto paulò minus, quàm* 14, 000. *per literarum metatheſim effici poſſe*: verum eſt.

Reſpondeo videri Trithemium, aut artem combinatoriam ignoraſſe, aut computum non inſtituiſſe: nam, ſi Abecedarij literæ dicantur eſſe 22 (hunc nurunt admittunt Recentiores qui K Latinarum literarum cenſui non adſcribunt) erunt metatheſes ſeu combinationes ex Abecedarij literis reſultantes,

1, 124; 000, 727, 777, 607; 680, 000.

Si admittatur litera K, quod cum multis §. *Romana*. Facit D. Paſſerinus, erunt literæ 23. quarum tranſpoſitiones dabunt numerum,

25, 852; 016, 738: 884, 976; 640, 000.

Et tandem, ſi Vv (V duplex Germanorum) recipiatur, erunt literæ 24; quot etiam ſunt, quæ Græcum Alphabetum conſtituunt; quarum conuerſiones & combinationes ſunt,

620, 448; 401, 733: 239, 439; 360, 000.

Qui numeri, numerum 14, 000. quem dat Trithemius, & Oceanus totus aquæ guttam excedunt.

Vide P. Athanaſium Kircherum *Muſurgiæ tom*. 2. *libr*. 7. *pag*. 5. & meam Anarithmicam: nempe, inter Quæſtiones ſecundarias illam, quæ inſcribitur, *Transformationes Alphabeti*.

### §.*Ieremiana*.

HOdie Iudæis in ſuis libris impreſſis, vbi contra ישו מ Meſiam delirant, illum non nominant, ſed eius nomen ſubintelligunt relinquendo ſpaciolum ſic. (        ) nolunt enim irritare Chriſtianos. Olim pruden tiori conſilio Ieremias, noluit nominare בבל *Babel*, ſed eius loco poſuit ששך, vtens Alephbetho אתבש *Atbbas*, quod ſequentes lineæ repræſentant.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ
ת ש ר ק צ פ ע ס נ מ ל

Cujus Cryptographici Alephbethi hic eſt vſus.

In literis conſideranda veniunt duo, figura & valor. Si *prima igitur linea dat figuras*, *ſecunda dabit valorem & poteſtatem*; *& è contra*.

Occultum hunc ſcribendi modum Latini poterimus imitari, ſi Abecedarium ſimili ratione diſponamus. Lineas ſubſequentes conſidera.

A B C D E F G H I L M
Z Y X V T S R Q P O N

ANA.

Omittitur litera K, cujus apud Latinos nullus eſt vſus. *Si prima linea det figuras*, *ſecunda dabit valorem & contrà*. Res eſt libera, & D. Paſſerinus literam K admiſit, & ſic ſuum Abecedarium diſpoſuit.

A B C D E F G H I K L M
Z Y X V T S R Q P O N M

Et juxta hanc clauim, ſi ſcribas *Nec* legam *Lax*; ſi ſcribas *Igzt*, legam *Tra*.

### §.*Cæſarea*.

CAjus Cæſar hoc Abecedario vtebatur.

*Figura* A B C D E F G H I K L
*Poteſtas*, X T Z *a b c d e f g h*
M N O P Q R S T V X Y Z.
*i K l m n o p q r ſ t u*.

Literæ capitales dant figuram, & curſiuæ minores valorem. Et ex hac claui *Tza* erit *Qua*; & *Xro* erit *Sol*.

### §.*Auguſta*.

OCtauianus Auguſtus, vt ſecretè ſcriberet, hunc Abecedarium cogitauit.

*Figura*. A B C D E F G H I K L
*Poteſtas*. Z *a b c d e f g h i* K
M N O P Q R S T V X Y Z.
*l m n o p q r ſ t u x y*.

Ergo *Opy* erit *Nox*, & *OKy* erit *Nix*.

### §.*Romana*.

NVmeris pro literis frequenter vtebantur Romani, quos etiamnum multi curioſi imitantur. Eorum erat hic Abecedarius.

*Figura*. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
*Poteſtas*. *a b c d e f g h i* K
11. 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
*l m n o p q r ſ t u* x *y z*

Ergo, 6, 9, 19. erit *Fit*; & 15, 9, 21. erit *Pix*.

Hæc Clauis duas imperfectiones habet; nam à K ſingulis literis bini characteres correſpondent: & inter ſingulos numeros eſt neceſſarium aliquod comma ſcribere: nam niſi diuidantur ciphræ, quis Ædipus ſciet in voce 15921. legi debere Pix, & non *Aeiba*? Interim qualiſcumque ea ſit, videtur hodie communis, & multis Principibus chara. Anno MDVL in Palatinatu militiæ Princeps hoc Abecedario vtebantur.

*Figura*. 10 21 11 22 12 23 13 24 14 25 15
*Poteſtas*. *a b c d e f g h i l m*
26 16 27 17 28 18 29 19 30 20 31
*n o p q r ſ t u* x *y z*

Singulis literis correſpondebant ciphræ binæ, & ideò commata inter numeros non erant neceſſaria. Et ſcribente Capitaneo. 261626 2410-211216 18192527241928 272028141915. le-

gebat Comes de Rebolledo, totius prouinciæ Gubernator, *Non habeo ſulphur pyrium*.

§.*Trithemiana*.

Millenas Claues Polygraphia Trithemij exhibet, millenas Steganographia, ex quibus hanc præcipuè ſeligit D.Paſſerinus.

*Figura*. 1 2 3 4 5 & 6 7 8 9 10 20
*Poteſtas*. *A b c d e f g h i K*
30 40 50 60 70 80 90 100 200 300 400 500 600.
*l m n o p q r ſ t u x y z*

Iuxta hanc clauim I*b* erit 12. & 40, 5.1. *Mea*

Sed vnde *Ibea* erit idem ac *Mea*? ex Romanæ & Trithemianæ clauis commixtione: nam ex Trithemio 1 eſt 10. & 2, *b*: ſimul-que *Ib*, 12. At numerus 12. ſecundum clauim Romanam dabit *M*.

§.*Diaulica*.

Licèt de Retrogradis ſuperiùs librum integrum legeris, placet in gratiam D.Paſſerini aliqua breuiter adnotare.

Recurſus fit vel per literas, vel per ſyllabas, vel per dictiones [ adde per hemiſtichia, et per verſus integros: ſed quia hi recurſus minùs communes ſunt, alios ediſſeramus. ]

Per literas fit intra terminos linguæ Latinæ, vt cùm *Roma* tranſit in *Amor*, vtraque enim vox Latina eſt: extra hujus linguæ terminos, vt cùm *Aurum* tranſit in *Murua*: nam *Murua* vox Latina non eſt, adeoque aut nihil omninò ſignificat, aut ad aliam linguam ſpectat.

Per ſyllabas tranſit *Roma* in *Maro*, ſic *Carus* vertitur in *Ruſca*: et hæc vox in linguâ Italicâ ſonat *furfur*; et eſt nomen doctiſſimi Vocabularij, quod hodie manibus vniuerſorũ teritur. Intra Hiſpaniæ linguæ limites *Dotor* tranſit in *Tordo*; et quàm hodie multi in Europâ, qui Doctores dicuntur, et Turdi ſunt: garriunt, quæ non intelligunt; et Doctores haberentur et eſſent, ſi vt minimùm tacere ſcirent.

Per dictiones recurrunt frequenter et fæliciter carmina: vt

*Magorum ſermo crudelem torquet Herodem.*
*Herodem torquet crudelem ſermo Magorum.*

Inter recurſus nobiliſſimus eſt ΑΥΤΟΔΡΟΜΟΣ, quando, ſiue hinc, ſiue inde legatur, eſt idem: nempe, per literas, vt *ſinis*, *ſitis*, *ſolos*, etc. per ſyllabas, vt *Tenete*, *Terite*, *Tegite*, etc. per dictiones, vt

*Ite in certamen Iuuenes, certamen in-ite.*

ſanè hic D.Paſſerini verſus,

*Anna tenet mappam madidam, mappam tenet Anna.*

qui eſt ΑΥΤΟΔΡΟΜΑΙΤΟΣ, et componitur ex dictionibus ſimiliter ΑΥΤΟΔΡΟΜΕΙ ΑΙΣ. Eſt valde rarus; et cui multos ſimiles in linguâ Latinâ non dederis.

§.*Eruto*.

Computus exactiſſimus eſt; vndecim enim res 39, 916, 800. vicibus mutari poſſunt et gaudeo D.Paſſerinum ita etiam in Mathematicis excellere, vt in tam difficili ſupputatione ne in vnâ vnitate aberrauerit. Diſcant cæteri Theologici et Iuriſperiti, à quibus hodie Matheſis negligitur aut contemnitur, numeros colere, à quorum exactâ cognitione vniuerſa dependent.

§.*Quod ſi*.

Si formemus Dactylica, ita vt vox illa diſſyllaba vltimum ſemper locum teneat, prodibunt totidem carmina; videlicet, 39, 916, 800.

Si verſus ſpondaicus ex meris monoſyllabis fiat, ita vt nulla ſit ſynalœpha poſſibilis, habebit 12 dictiones, et formas 471. 001. 600. Ergo et iſta D.Paſſerini ſupputatio eſt exacta.

Verſus ille ſpondaicus

*Ciues Romani tunc facti ſunt Campani.*

conſtat ex ſex dictionibus, et in formas 720 verti poteſt.

§.*Cùm tamen*.

Cvm vertuntur et inuertuntur verſus ſæpe ſenſus mutatur; ſed, ſi adſit veritas, ita vt mutatio ſensûs non reddat propoſitionem falſam, non caret elegantiâ alteratio. Conſidera verſus ſequentem.

*Honor del campo ſoys Fenix.*

qui non ſine gratiâ ſenſum cum formâ mutat: puta ſi dixeris,

*Campo del honor ſoys Fenix.*
*Campo ſoys honor del Fenix.*
*Honor ſoys campo del Fenix.*
*Honor ſoys Fenix del campo.* etc.

Aliquando ipſamet combinationum varietas, non ſolùm diuerſum, ſed etiam aduerſum ſenſum parit; vt

*Marte ſoys, y no Therſites.*
*Therſites ſoys, y no Martes.*
*No ſoys Therſites y Marte.* etc.

et tunc multa veniunt conſideranda, quæ omnia euites, ſi D.Paſſerini inſiſtendo veſtigijs, talem conformes Proteum, qui eumdem aut ſimilem ſemper ſenſum exhibeat.

§. *Senſus autem*.

Voces interdum ſumuntur formaliter, pro re ſignificatâ: interdum materialiter, pro ſyl-

ſyllabis et literis, quibus formantur. Vtraque acceptio eſt notiſſima et communiſſima, et pulchrè à D.Paſſerino ediſſeritur.

Pulchrum eſt illud Gallorum Pronunciatum, *Sante non eſt pas ſante: maladie eſt ſante.* quod in ſenſu formali exorbitat, in materiali verum eſt; formaliter enim eſt, *Sanitas non eſt profectò ſanitas* mala-dies(peſtis)eſt ſanitas. at verò materialiter, eſt, *Vox* ſante *non eſt ſine* (*caret*) *litera* T: *vox* Maladie *eſt ſine* (*caret*) *litera* T.

Hiuc Poëtæ aſſerenti Diſtichum Elegiacum habere vndecim pedes; obijci ſolet hoc.

*Mille boues currunt, vitulorum millia ſeptem.*
*Muſca ſuper cornu quolibet vna ſedet.*

quod habet 128,011. pedes: nam

| | |
|---|---|
| Boues 1000. habent pedes | 4,000 |
| Vituli 7000 habent pedes | 28,000 |
| Boues et vituli habent cornua | 000 |
| 16,000.quæ ducta per 6. dant | 96,000 |
| muſca enim habet 6. pedes. | 000 |
| Adde pedes metricos | 11 |
| Erit igitur ſumma | 128,011 |

## §. *Immò*.

TRigrammata ΑΥΤΟΔΡΟΜΑΙΑ in linguâ Latina ſunt pauca, et ideò ad Hebræam linguam recurrit D.Paſſerinus; ſiquis intra Latinæ linguæ terminos duodecim voces, quales ſunt *Sis*, *Sus*, *Non* inuenerit, poterit pulcherrimum Proteum componere.

## §. *Vt modi.*

DE hac materiâ ſuperiùs egimus. Sunt modi computandi varij: hic, quem ex P.Mauritio de Curtis D.Paſſerinus proponit, et bonus et facilis eſt. Diximus illum verſum

*Ciues Romani tunc facti ſunt* Campani.

habere formas 720. An has det Regula D.Paſſerini periclitemur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | *per* | 2 | *ſunt* | 2 |
| 2 | *per* | 3 | *ſunt* | 6 |
| 6 | *per* | 4 | *ſunt* | 24 |
| 24 | *per* | 5 | *ſunt* | 120 |
| 120 | *per* | 6 | *ſunt* | 720 |

Bene ergo diſcurrit D.Paſſerinus.

## §. *Proteum*.

ILle P.Bahuſij verſus, quem Erycius Puteanus dilucidat, videlicet

*Tot tibi ſunt dotes Virgo, quot ſydera cælo.*

formas 1022. habere dicitur, ſed multò plures habet: eſt in illo ſcopulus vitandus, qui plurimas formas condemnat. Sed quis ſcopulus? iſte

*Quot tibi ſunt dotes Virgo, tot ſydera cælô.*

Nam Stellarum numerus paruus eſt, cum dotibus Marianis Collatus. Omnes ergo verſus, qui ſenſum huius vltimi reddant, ſunt reijciendi, et ſic numerus minuitur. ita vt formis 1022 debuerit eſſe Author contentus.

Ex iiſdem vocibus, quibus conformatus fuit hic Hexameter, potuit Pentameter, vt

------------ *Dotes*
*Quot cælo, tot ſunt ſydera Virgo tibi*
-------------- *Tot ſunt*
*Dotes, quot cælo ſydera, Virgo tibi.*

Potuit et Sapphicus, vt

- ◡ *tot dotes tibi Virgo ſunt, quot ſydera cælo.*

Sed de hoc vberiùs ſuprà.

# SYLVA.

## VOCVM MONOSYLLABARVM.

VT Proteos numeroſiſſimos, quales dedimus, conſtruas, monoſyllabis vocibus indiges. Habeo Syluas ditiſſimas, Latinas, Græcas, Belgicas, Germanicas, &c. ſed, quia noſtri Typographi characteres Germanicos & Belgicos omnino non habent; & Græcos pauciſſimos habent; Latinam tantummodo adiungam.

Ex octo Orationis partibus Verba valde ſunt neceſſaria, vt conſtructio formetur. Interìm hæc tantùm paucula in Linguâ Latinâ reperio.

| | | |
|---|---|---|
| Do. | *Ie donne.* | Ick gheef. |
| Flo. | *Ie ſouffle.* | Ick blaes. |
| No. | *Ie nage.* | Ick ſvvem. |
| Sto. | *Ie ſuis debout.* | Ick Staen. |
| Sum. | *Ie ſuis.* | Ick ben. |

Ex alijs Orationis partibus ditiorem Theſaurum reperio: illum ſubijcio. Occurrent ſemper in ſingulis lineis tres dictiones, prima eſt Latina, ſecunda Gallica, & Tertia Belgica.

A

AB. Abs. *De* Van.
Ac. *Et* Ende.
Ad. *A* Tot.
Æs. *Cuiure.* Coper.
Ah. *Ach.* Ach.
An. *Aduerbium interrogantis.*
Ars, *Art.* Conſt.
Arx. *Chaſteau.* Borch.
As. *Liure.* Pont.
Aſt. *Mais.* Maer.
At. *Mais.* Maer.
Au. *Interiectio conſternati animi.*
Aut. *Ou.* Oft.

B

BIs. *Deux fois.* Tvveemael.
Bos. *Boeuf.* Os.

C

CAlx. *Chaud.* Kalck.
Cis. *Deza.* Op dees ſijde.
Clym. *En cachette.* Heymelick.
Cor. *Coeur.* Hert.
Cos. *Queue.* Vveetſteen.
Cras. *Demain.* Morghen.
Cruſ. *Iambe.* Been.
Crux. *Croix.* Cruys.
Cum. *Auec.* Me.
Cum. *Auec.* Met.
Cur. *Pourquoy.* Vvaerom.

D

DE. *De.* Van.
Dos. *Doſt.* HouuelicKe giſft.
Dux. *Duc.* Leydtſman.

E

E De. Vyt.
En. *Voicy.* Siet hier.
Et. *Et.* Ende.
Ex. *De.* Vyt.

F

FOex. *Lie.* Ghiſt.
Falx. *Faux.* SicKel.
Fas. *Licite.* Toeghelaten.
Fax. *Fallot.* Forts.
Fel. *Fiel.* Gal.
Flos. *Fleur.* Bloem.
Fons. *Fontaine.* Born.
Frons. *Feuille.* Blat.
Fronſ. *Front.* Stirn.
Fur. *Larron,* Dief.

G

GIt. *Genus* feminis.
Glanſ. *Gland.* EecKel.
Gloſ. *ſœur de mon mari.* Mijns mans ſuſter.
Grex. *Troupeau de beſtes.* Kud.
Grus. *Grue.* Craen.

H

HA. *A.* A.
Hac. *Par ci.* Lancx hier.
Heu. *Helas.* Eylas.
Heus. *He.* Hau.
Hic, Hæc, Hoc, Hunc, Hanc, Hi, Hæ, Hos, Has, His.
Hinc. *D'ici.* Hier af.
Huc. *Ici.* Hervvaert.
Hyems. *Hyuer.* Vvinter.

I

IAm. *Ia.* Nu.
Id. *Cela.* Dat.
In. *En.* In.
Iſ. *Ea.* Id.
Ius. *Ius.* Sop.
Ius. *Droict.* Recht.

L

LAc. *Laict.* MelcK.
Lanx. *Baſſin.* Schael.
Lar. *Fouyer.* Heerdt.
Lauſ. *Los.* Lof.
Lex. *Loix.* Vvet.
Lis. *Noiſe.* Tvviſt.
Lux. *Lumiere.* Licht.

M

ME. pronom. in acc. & abl.
Mel. *Miel.* Honich.
Mens. *ſens.* Sin.
Merx. *Marchandiſe.* Vvaer.
Mons. *Montaigne.* Berch.
Mors. *Mort.* Doot.
Mox. *Tantoſt.* Terſtont.
Mus. *Souris.* Muys.

N

NÆ. *Certainement.* VvarlicK.
Nam. *Car.* Vvant.
Ne. *Non.* Niet.
Nil. *Rein.* Niet.
Nix. *Neige.* ſneeu.
Non. *Non.* Neen.
Nos. *Nous.* Vvy.
Nox. *Nuict.* Nacht.
Num. *Aduerb.*
Nunc. *Maintenant.* Nu.
Nux. *Noix.* Neut.

O

O. O. *Interiectio.*
Ob. *Pour.* Om.
Oh. *Interiectio dolentis.*
Os. *Bouche.* Mont.
Os. *Os.* Been.

P

PAr. *Paire.* Paer.
Pax. *Paix.* Paeys.
Per. *Par.* Door.

Pes.

Pes. *Peid.* Voet.
Phy. *Interiectio olfacientis.*
Pix. *Poix.* Pec.
Plebs. *Peuple.* Ghemeinte.
Plus. *Plus.* Meer.
Pons. *Pont.* Brug.
Poſt. *Depuis.* Nae.
Præ. *Deuant.* Voor.
Pro. *Pour.* Voor.
Proh. *Interiectio dolentis.*
Pulſ. *Papin.* Pap.
Puſ. *Boue.* Etter.

Q

QVis, Qui, Quæ, Quod, Quid.
Quin. *Que ne.* Dat niet.
Quot. *Combien.* Hoe veel.
Quum. *Quand.* Als.

R

RES. *Choſe.* DincK.
Ros. *Roſee.* Dau.
Rus. *Les champs.* Velt.

S

SAl. *Sel.* ſaut.
Sat. *Aſſez.* Ghenouch.
Scobs. *Sciure.* Saeghmeel.
Scobs. *Foſſe.* Gracht.
Se. *Accuſatiuus* pronom. *& abl.*
Sed. *Mais.* Maer.
Seps. *Haye.* Tuyn.
Seps. *Serpent.*
Seu. *Ou.* Off.
Sex. *Six.* Ses.
Si. *Si.* Iſt dat.
Sic. *Ainſi.* Soo.
Sin. *Maiſſi.* Maer iſt dat.
Sol. *Soleil.* Son.
Sons. *Coulpable.* Miſdadich.
Sors. *Fortune.* Fortune.
Spes. *Eſperance.* Hoop.
Splen. *Rate.* Milt.
Stips. *Denier.* PennincK.
Stirps. *Racine.* StruyckK.
Sub. *Sous.* Onder.
Sus. *Porc.* Soch.

T

TAm. *Tant.* Soo ſeer.
Tax. *Son de fouet.* Clets.
Ter. *Troifois.* Driemael.
Thus. *Encenſ.* VvieroocK.
Tot. *Autant.* Soo veel.
Trabs. *Poultre.* Balc.
Tres. *Trois.* Drie.
Trux. *Cruel.* Vvreet.
Tu. *Toy.* Ghy.
Tunc. *Adonc.* Dan.

V

VÆ. *Vvee.* Interj.
Vas. *Vaiſſeau.* Vat.
Ve. *Ou.* Oft.
Vel. *Ou.* Oft.
Ver. *Printemps.* Lenten.
Vir. *Homme.* Man.
Vis. *Force.* Sterćte.
Vix. *A grand peine.* Naulicx.
Vos. *Vous.* Ghylien.
Vox. *Voix.* ſtem.
Vrbs. *Ville.* ſtadt.
Vt. *Afin.* Op dat.

APOL-

# APOLLO ANAMETRICVS.

Vt Veterum licitè carpas Anametra, neceſſe eſt,
Vt Tua conformes nobiliora modo.

## ☞ DXX.

ANAMETRA ſunt Strophæ in quibus verſuum ordo mutatur. Non eſt res ſummi ingenij illa componere, & ideò nolo in ejus expoſitione ſine causâ immorari. Subijciam nihilominùs vnam et alteram Epiſtolam, quas quibuſdam Philomuſis ſcripſi, dum Metametricæ primas vmbras in palymſeſto delineabam.

### EPISTOLA I.

ΑΝΑΜΕΤΡΟΝ, ΑΝΑΛΕΞΙΣ, ΑΝΑΣΥΛΛΑΒΟΝ, et ΑΝΑΓΡΑΜΜΑ (Theodore Eruditiſſime) eiuſdem formæ ſunt, ſed materiæ diuerſæ. Proteus eſt, in quo partium ordo variatur: vnde ſi varietur ordo carminum Proteus ille dicetur *Anametrum*: ſi ordo dictionum, *Analexis*: ſi ordo ſyllabarum, *Anaſyllabon*: et denique, ſi ordo litterarum, *Anagramma*. De ſingulis vberiùs ſcripturus, hæc exempla præmitto, vt dicendorum vmbra aliqua vel notitia habeatur. Conſidera ſubiectum Anametrum,

*Quãtùm nix, lachrymæ: duriſſima marmora quãtù.*
*(Adnuat æternum Numen) tua gaudia durent.*

Si velis, hæc carmina mutabunt ordinem, et ibunt in contrariam ſententiam, Sic inquam:

*Adnuat æternum Numen. Tua gaudia durent.*
*Quãtùm nix: lachrymæ duriſſima marmora quãtù.*

Sicut integrorum carminum transmutatione, habuimus Anametrum: ſic dictionum transpoſitione Analexin. Talis eſt iſta.

*Cantabit Mundus tua carmina ſemper Homere.*

quoniam hic ſolus verſus vocum tranſpoſitione plures reponi poteſt, ſtat enim lex poëtica etiam in iſtis lineis:

*Carmina cantabit Mundus tua ſemper Homere.*
*Carmina cantabit ſemper tua Mundus Homere.*
*Cantabit ſemper tua carmina Mũdus Homere, &c.*

Aut etiam genus metri alterando:

*———— Mundus*
*Carmina cantabit ſemper Homere tua.*
*———— Semper*
*Mundus cantabit carmina Homere tua.*

Anaſyllabon conſiſtit in alteratione ſyllabarum. Vt

DOMINAS, *Nas domi*, *Minas do*, *Donas mi. &c.*

Et tandem Anagramma ordinem literarum concernit, videlicet vt

ROMA, *Amor*, *Maro*, *Mora*, *Ramo*. *&c.*

Et ergo Proteus vniuerſum ſumptus, *aut verſuum, aut dictionum, aut ſyllabarum, aut literarum tranſpoſitio*. Ergo ſiquidem heri de Anagrammate, Anaſyllabo, et Analexi copioſè diſſeruimus, hodie de Anametro quantempus et locus permittat, diſſeramus.

Eſt autem Metametrum carminum tranſpoſitio: quando videlicet componitur Decaſtichum, in quo, quicunque verſus poteſt eſſe primus, quicunque eſſe ſecundus, tertius etc.

Si inquirat Criticus, cur Carminum tranſpoſitionem vocem *Anametron*? petam illico ab ipſo, cur ille et orbis terrarum cum ipſo, literarum tranſpoſitionem vocitet *Anagramma*? indigemus nominibus, et vt res ſimiles ſignificemus, ſimilitudinem in vocum formatione ſeruamus.

Eſt ergo Carminum Proteus, ſeu Anametron, Carminum ΜΕΤΑΤΑΞΙΣ: quando videlicet eorum ordo mutatur. Reperio apud antiquos rara exempla, aliqua tamen. Producam igitur Ioannis Philoponi in libr. 1. Analyt. poſter. Ariſtotelis, non iam Græcè loquentem (cur enim ſine causâ lectores onerem?) ſed Latinè, labore et induſtriâ Andreæ Scotti, apud qiem obſeruationum Humanarum libr. 2. cap. 1.

*ſic ait*, ΚΥΚΛΟΝ *vocat Ariſtoteles* ΤΑ ΕΠΗ, *carmina hoc eſt*, *Epigrammata ſic conſcripta, non vt vltima primi verſus voce in inchoet ſequens & tertius, ſicque deinceps* (quod multi etiamnum ſentiunt, docentque) *ſed vt liceat idem carmen nunc in initio, nunc in fine collocare: quale & illud*,

ΧΑΛΚΗ ΠΑΡΘΕΝ ΟΣ ΕΙΜΙ ΜΙΔΟΥ
Δ' ΕΠΙ ΣΗΜΑΤΙ ΚΕΙΜΑΙ.
ΕΣΤ' ΑΝ ΥΔΩΡ ΤΕ ΡΕΗ, ΚΑΙ ΔΕΝ-
ΔΡΕΩ ΜΑΚΡΑ ΤΕΘΗΛΗ
ΗΕΛΙΟΣ Τ' ΑΝΙΩΝ ΛΑΜΠΗ, ΛΑΜ-
ΠΡΑ ΤΕ ΣΕΛΥΤΗ.
ΑΥΤΟΥ ΤΗ ΔΕ ΜΕΝΟΥΤΑ ΠΟΛΥ-
ΚΛΑΥΤΩ ΕΠΙ ΤΥΜΒΩ.
ΑΓΓΕΛΕΩ ΠΑΡΙΟΥΣΙ ΜΙΔΗΣ ΟΤΙ
ΤΗΔΕ ΤΙΘΑΠΙΖΑΙ.

Ænea ſum Virgo Midæque incumbo ſepulchro.
Dum fluit vnda læuis, ſublimis naſcitur arbos.
Dum Sol exoriens & ſplendida Luna relucet.
Hic cõſtanter ago, lachrymis & marmore tyncto.
Fixa, Midam moneo tumulatum hîc chare viator:

*Vides enim tanquam in circulo, licere à quolibet verſu initium ſumere, hoc modo*:

ΑΥΤΟΥ ΤΗ ΔΕ. *deinde* ΧΑΛΚΗ. *& deinceps*. *Vel ſic*. ΧΑΛΚΗ. *deinde*, ΑΥΤΟΥ. *mox* ΕΣΤ' ΑΝ ΥΔΩΡ.

*Et quod inde excurrit*.

*Refert autem in Homeri vita Herodotus, Homeri eſſe hoc carmen in Midam Phrygiæ Regem conſcriptum. Vnde nunc talia Epigrammata* ΚΥΚΛΟΝ *appellant*. *Eſt & aliud poema* ΚΥΚΛΟΣ *propriè dictum quod alij alijs tribuunt; nonnemo Homero. &c.* Hæc Philoponus.

Profectò in hoc, cuiuſcumque ſit, ΚΥΚΛΩ, non magnum artificium reperio: nam ſi ſenſum integrum contineant verſus integri, ad libitum tranſponi poterunt. Maiorem quidem illud gratiam haberet, & maiorem applauſum mereretur, ſi mutando verſum ordinem, etiam ſenſum mutaret. Triſtichum ſequens contemplare. Monet Ethnicus.

*Quærenda eſt ſemper virtus & fama perennis*,
*Imprudens inquit*: *Sapiens autem, Optima, dixit*,
*O ciues, ciues, quærenda pecunia primum eſt*.

Sed Orthodoxus verſum ordinem vertens, reponit.

*O ciues, ciues, quærenda pecunia primùm eſt*,
*Imprudens inquit*: *ſapiens autem, Optima dixit*,
*Quærenda & ſemper virtus, & fama perennis*.

Interim, quia in eiuſmodi verſibus, quocumque modo conformentur, parum artificij reperio, vt illos relinquas Ariſtoteli, & ſæculo rudi, & tuum ingenium in alijs maioris ingenij perſuadeo. &c. Vale, vt optat, &c.

EPISTOLA II.

SVNT voces aliquæ, (Illuſtriſſime Marchio) quarum vim non adſequitur vſus: illas et propono et expono. ΑΝΑΜΕΤΡΗΣΙΣ, eſt vox rara et obſcura: quæ ab aliquibus ſimpliciter ſumitur, vt ſit *dimenſio*; ab alijs ſtrictiùs vt ſit aut totalis aut iterata dimenſio: Hinc ΑΝΑΜΕΤΡΕΩ, *denuò metior*. Et ego, licèt vſum condemnare non velim, rigorem ob oculos habens, ſic has voces expono ANAGRAMMA, dicitur grammatum tranſpoſitio, quæ plures voces, et diuerſæ ſignificationis parturit; vt *Logica*, *Caligo*. *Galenus*, *Angelus*. *&c.* Imitabor igitur Nomenclatorem Veterem, et ſicut ille literarum ΜΕΤΑΤΑΞΙΝ vocari voluit Anagramma, ſic Ego ſyllabarum deordinationem ANASYLLABVM denominabo: vt *Deſideretis*, quod anaſyllabaticôs tranſit in *Detis ſidera*. *&c.* Hinc igitur ANALEXIS dicetur dictionum tranſmutatio, quæ plures et diuerſos verſus parturit: vt cùm dicimus, [ex Virgilij lib. 6.]

*Sic fatur lachrymans, claſſique immittit habenas*.
*Sic lachrymans fatur, claſſique immittit habenas*.
*Sic claſſi fatur, lachrymanſq; immittit habenas. &c.*

Et tandem Anametron eſt quædam metataxis ſeu tranſpoſitio carminum, & reperitur in ſtrophâ, in quâ nullus ſit verſuum ordo determinatus. Pono exemplum, Propoſitum fuit in Parnaſſo cuidam ingenioſo Poetæ, qui ad Lauream Caſtaliam adſpirabat, hoc Problema,

*Que viene à ſer en el Mundo*
*Amar ſin correſpondentia?*

Et ipſe quæſtionis, quam propoſuerat Apollo, ſolutionem hoc Anametro complexus eſt.

*Es vn cautiuerio ingrato*,
*Es perder la libertad*,
*Es deſmentir la verdad*,
*Es profanar el recato*:
*Es mudar coſtumbre y trato*,
*Es arraſtrar la cadena*.
*Es vn engaño en la pena*,
*Es ignorar lo que paſa*,
*Es dexar ſu propria caſa*,
*Es viuir en tierra agena*.

Sic paucis mutatis D. Franciſcus de Boria, Princeps de Eſquilaque reſpondit pag. 372. Verſus ſi ſyllabæ numerentur Rhytmicè, hoc eſt, vſque ad accentum vltimum (quod enim vltra hunc accentum ponitur anarithmicum eſt) ſunt Heptaſyllabi, & conſonantiæ defluxu Spinelio procurrunt.

Profectò in hoc Decaſticho nullus verſus poſtulat eſſe prior, nullus poſterior: poſſunt quocunque ordine legi; quam ob rem in vnâ ſimpliciſſimâ Strophâ, habet lector Strophas

3;628, 800. hoc eſt, *très milliones (ſeu ter mille millies) ſexcentas viginti & octo millies, & octingentas*. Prout numeri ſubſequentes demonſtrabunt.

| | |
|---|---|
| *Verſus* | 1 |
| *Multiplicatus per* | 2 |
| *Dabit* | 2 |
| *& verſus* | 2 |
| *multiplicati per* | 3 |
| *dabuut* | 6 |
| *& Verſus* | 6 |
| *multiplicati per* | 4 |
| *dabunt* | 24 |
| *& verſus* | 24 |
| *multiplicati per* | 5 |
| *dabunt* | 120 |
| *& verſus* | 120 |
| *multiplicati per* | 6 |
| *dabunt* | 720 |
| *& verſus* | 720 |
| *multiplicati per* | 7 |
| *dabunt* | 5040 |
| *& verſus* | 5040 |
| *multiplicati per* | 8 |
| *dabunt* | 40320 |
| *& verſus* | 40320 |
| *multiplicati per* | 9 |
| *dabunt* | 362880 |
| *& verſus* | 362880 |
| *multiplicati per* | 10 |
| *dabunt* | 3628800 |

Hunc numerorum decurſum vberiùs expoſuimus in Analexico Proteo, & in Anarithmicâ noſtrâ ex veris fundamentis deducemus, et demonſtrabimùs; quam ob rem non eſt cur repetentes Arithmeticas ſpeculationes, Lectori impræſentiarùm ſimus tædio.

Ergo, vt ex Tabulâ præcedenti colligitur, poteſt variari Anametrum

| | |
|---|---|
| *Diſtichum formis* | 1 |
| *Triſtichum* | 6 |
| *Tetraſtichum* | 24 |
| *Pentaſtrichum* | 120 |
| *Hexaſtichum* | 720 |
| *Heptaſtichum* | 5,040 |
| *Ogdoaſtichum* | 40,320 |
| *Enneaſtichum* | 362,880 |
| *Decaſtichum* | 3; 628,800 |

Strophæ numeroſiores componi â Poetis rariùs ſolent; ſed, ſi illas condere volueris, in Anametricâ meâ Articulo *De Alphabeti multiplicatione*, numeros hos deductos vſque ad 24. reperies.

Hæc ſunt (Illuſtriſſime Marchio) quæ de Proteis ſcribenti ſuccurrunt; quæ vberiùs, ſi tempus et otium detur, alibi proſequuturus ſum. Interìm Vale, et ingenio tuo Parnaſſum honorare ne ceſſes. etc.

LAVS DEO.

# APOLLO CENTONARIVS.

*Conſue Centones, auri contemne Flaviſſas,*
*Ditior & Crœſo Principe lector eris.*

## DXXI.

DICVNTVR vulgò à Græcis, *κέντρωνες*, qui à Latinis *Centones*: & ſunt in Parnaſſum à Falconiâ introducti, ab Eudoxiâ exornati, & jam à multis Poëtis ingenioſis exculti. Eſt autem *Cento*, Græcè, Κέντρων, Poëma ex integris aut fractis alicujus veteris Poëtæ carminibus conſtans: & cenſetur elegantior & melior, qui puris hemiſtichiis componitur.

Centonum meminit S. Hieronymus teſte Henrico Stephano in ſuo Theſauro voce, Κέντρων, nam S. Doctor Probam Falconiam Metricorum Centonum fuiſſe Inventricem aſſerit: ex verſibus enim Virgilii, jam fractis, jam integris, elegantiſſimum Poëma compoſuit. Hæc *Centonæ* cognomentum obtinuit; tanto enim ejus Opus fuit receptum applauſu, vt non ſolum inde famam, ſed & nomen indepta ſit. Eam ſequuta & imitata fuit Eudoxia Auguſta, Theodoſii Iunioris Romanorum Imperatoris vxor, [quæ obiit ann. 460. ſub Martiano] & conſuens ex Homero lacinias, Poëma edidit, quod etiamnum ab eruditis commendatur. Hodie Falconiæ Opus *Virgilio-cento*, & Eudoxiæ, Ὁμηρο-κέντρων appellatur.

Sanè nomen humile placuit imponere rei magnæ: eſt enim *Cento* ſtragulum ex particulis variis conſutum, inventum à Sartorum avaritiâ aut ingenio; nam cùm veſtes apparant, ne pereant hinc inde laciniæ, illas ad formam convenientem reducunt, & curioſè ſartiendo tapetes formant, qui etiamnum habentur in pretio. Particularum formæ communiores, & aptiores ſunt triangularis, quadrang. quincang. ſexangul. &c.

Hæ particulæ à multitudine nominantur *Centones*, nempe à centum, ſumendo numerum determinatum pro indeterminato. Hîc Critici ſicut à voce centum *centenarium*, ſic etiam à centone *centonarium* abducunt. A pauperibus minori arte ſarciuntur, quam ob rem *Cento* apud ipſos erit pallium ex variis partibus conſutum: Hiſp. *Vna capa hecha de remiendos*: vnde equos, canes, &c. maculoſos, *remendados* vocamus. Hinc Cæſar vela, quibus contegebantur munimenta, quòd attrita, lacera, & refecta centies fuerint, *Centones* dixit. *Centoneſque inſuper injecerunt*, ait, *ne aut tela tormentis miſſa coptabulationem perfringerent, aut ſaxa in catapultis late: itium diſcuterent.* Sic ſimiliter Cato de re ruſtic. cap. 10. & 11. famulorum ſtragula ob eamdem cauſam. *Culcitras octo, inſtragula octo, pulvinos ſexdecim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris ſex.* Et Macrobius, *ſcropham ſub centonibus jacere* dicens, jacere illam ſub operimento lacero, &

laciniis alienæ materiæ pluries reſuto & refecto declarat. Auſonius Gallus Centonem *concinnationem* dicit: vnde *concinnare* ipſi idem eſt, ac centones adſuere.

Per metaphoram tranſijt vox ad Rhetoricam, & in malam partem: nam *centones loqui* idem erit, ac *loqui ſcopas diſſolutas, quæ in re nullâ connexione vinciuntur, ſed tantummodò ſarciuntur labio*. Huc videtur ſpectare illud Plauti in Epid. *Quid tu? alium quæras, cui centones farcias*.

Majori applauſu & gloriâ ad Poëſim pervênit, & ſignificat Opus ex hemiſtichiis Poëtæ celebris concinnatum. Et hoc à nobis ſenſu accipietur hæc dictio; & quo debeant modo Metrici Centones ſarciri exemplis potiùs quàm regulis dilucidabimus: nam, ſi leges poſtules, reſpondebo, *Stat pro ratione voluntas*. Interim, quia Veteres imitari ſolemus, aut debemus, aliorum ſubjungamus judicia, ne nimis libertino calamo aſſuere Centones dicamur.

## DXXII.

PAVLVM ſuum Auſonius Gallus inſtituturus, leges, quibus Centones conformantur, fert, & hanc epiſtolam ſcribit.

*Si pateris, ut doceam, docendus ipſe, Cento quid ſit? abſolvam. Variis de locis, ſenſibuſq. diverſis quædam carminis ſtructura ſolidatur, in vnum verſum vt coeant, aut cæſi duo, aut vnus, & ſequens cum medio. Nam duos iunctim locare* (N.B.) *ineptum eſt; & tres vna ſerie, meræ nugæ. Diffunditur autem per cæſuras omnes, quas recipit verſus Heroicus, convenire vt poſſit, aut penthemimeris cum reliquo anapæſto: aut trochaicè cum poſteriore ſegmento: aut ſeptem ſemipedes cum anapæſtico chorico: aut poſt dactylum atq; ſemipedem, quidquid reſtat Hexametro. Senſus diverſi, vt congruant: adoptiva quæ ſunt, vt cognata videantur: aliena ne interluceant; acceſſita, ne vim redarguant: denſa, ne ſupra modum protuberent: hiulca, ne pateant. Sed peritorum concinatio, miraculum eſt: imperitorum iunctura, ridiculum*: &c.

Latas ab Auſonio leges citatus Henricus Stephanus non approbat; inquit enim: *Ac ne præcepta quidem eius* (Auſonij) *vſq. quaque vera eſſe videntur: illudq. potiſſimum, quo monet, ne duo verſus junctim locentur.*

## DXXIII.

### *Dubium incidens.*

PETIS: An liceat aliquam dictionem interſerere aut alterare? Reſpondeo puriorem & meliorem centonem eſſe, in quo nulla vox peregrina ſuſcipitur: cęterùm, ſi neceſſitas poſtulet, poterit Poëta iure ſuo vti, vocem adſcribere, at illam diverſo charactere, vt facili negotio diſcernatur. Et hîc mihi obiter laudandus erit Lucas Lancelottus I. V. Doctor, qui celebraturus Comitem Arundelium, ne licentioſe voces peregrinas conſueret: ex Æneide 11. verſ. 759. & Æn. 6. verſ. 12. vnâ cõpoſuit, vt totum nomen Comitis ingenioſè inſinuaret. Virgil. primo loco ſic.

*Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon*
*Portat ovans. Ducis exemplum, eventumq; ſequuti*
*Mæonidæ incurrunt: tum fatis debitus Aruns*
*Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam*
*Circuit, & quæ ſit fortuna facillima tentat.* &c.

In ſecundo autem ſic:

*At pius Æneas arces, quibus altus Apollo*
*Præſidet, horrendæque procul ſecreta Sibyllæ,*
*Antrum immane petit; magnam cui mẽtem animumq;*
*Delius inſpirat vates, aperitque futura.*

& ex duobus locis toto cœlo ſenſu & compoſitione diſtanttibus Lancelotus Arundeliæ Comitem commendat, & laudat his verbis:

*———tum fatis debitus Arun-*
*Delius inſpirat.* &c.

quo, illo & tempore & caſu, nihil pulchrius potuiſſe inveniri crediderim.

### *Centonum leges.*

I. *Potes verſum vbicumq; partiri, & eumdem vndequaq; complere.* II. *Etiam ex tribus locis poteris voces eruere, vt integrum carmen conformes: ſed id rariùs.* III. *Finem prioris carminis, & totum ſequentem: aut etiam, totum priorem & initium ſequentis impune admittes.* IV. *Si duos verſus ſimul excerpas, Auſonii ſubiacebes cenſuræ; at etiam multi Græci & Latini tecum. Ergo rariùs binos aſumas.* V. *Vocem peregrinam ne immiſceas, niſi cogat neceſſitas: & ſi compoſitione aut alio modo hæc poſſit exprimi, hoc potiùs modo formari debet, quàm nuda poni: quæ ſi ponatur, diverſo charactere notetur.*

Legem hanc vltimam ſolent omnes religioſè obſervare. Petrus Angelus Spera in ſui Virgilio-centonis Prologo, ſub finem. *Dictiones, ſyllabæ, literæ, diverſis characteribus expreſſæ de noſtro ſenſu appoſitæ ſunt, vt quam meditabamur ſententiam, aptè perficerent.*

MVSA

# MVSA II. VTENS.

## ✎ DXXIV.

SICVT Logicam veteres, ſic doctrinam Ego de Centonibus Metricis in docentem & vtentem diſtinxi. Illam hucuſq. tradidi, & expendi: hanc ſubiungo.

Leguntur Antologiæ *Epigr.lib.1.pag.50.* juxta Henrici Stephani editionem carmina, quæ ibi vocantur Ὁμηρόκεντρα, admirationem illius, à quo primò audita eſt Echo, deſcribentia. Alii Homeri Hemiſtichia ad alios ſenſus provexerunt: & inter alios Eudoxia Auguſta, Poëtria celebris, Chriſti vitam & mortẽ Homericis verſibus repræſentavit. Homerũ nos aliis expendendũ relinquimus: Virgiliũq; producimus, & qualiter fuerit in lacinias diviſus, & in novos sẽſus reſutus explicamus.

## CENTO I. VIRGILIANVS.

## ✎ DXXV.

OMITTO Eudoxiæ Centones, de quibus multa alii: alios ſubſcribo, de quibus ſcripſerunt perpauci. Et primò de primis Centonibus, hoc eſt, de illis, quos Proba Falconia nullius exemplo edidit, aliquid breviter dicturus ſum. Pauca repeRiuntur exẽplaria divinę huius fęminæ ſtudii: & ea Exſcriptorum iniuriâ depravata: allaborarunt aliqui, vt opus antiquo ſplendori reſtituerent, inter quos Henricus Stephanus non mediocriter. Sed quæ fuit hæc Falconia? Genealogiam ſubiicio.

- Sextus Anicius Petronius: *eius vxor* Proba Falconia etiam Anicia: *fuit Centonum inventrix.*
  - Iuliana.
    - Demetrias. *Huic inſcripta eſt illa celeberrima Epiſtola; quæ ab aliquibus Ambroſio, ab aliis Hieronymo, ab aliys Auguſtino inſcribitur. Quam fuiſſe Hæreſiarchæ Pelagii, Cornelius Ianſenius affirmat: forte, quia multa contra Lutherum & Calvinum ediſſerit.*
  - Probus.
    - Iuſtinianus.
      - Anicius.
        - Iuſtinianus Imperator.
      - Anicius. Eutropius.
        - S. Benedictus.
        - S. Scholaſtica.
      - Anicius. Tertullus.
        - S. Placidus.

*Fuit Domus Anicia olim celeberrima Romæ: & Auſtriacam totam ab illa procedere Sifridus, & aliy Hiſtoriographi diligentes oſtendunt.*

Tanta eſt nobilitas Probæ Falconiæ: & quia ingenio, quàm ſanguine nobilior fuit, his eam ferè verbis Hẽricus Stephanus commendat. [Quæcumq. fuerit deniq. hæc Proba (de quâ, quod ad ſacrum Muſis certamen attinet, dici potuit,

———— *Audetq. viris concurrere Virgo.*

magna laude dignam eſſe duo, ſuoq. nomine non indignam fœminam fuiſſe arbitror. Atq. adeò ſi poſtea tot annorum ſpatio nullus vir huius fœminæ in hoc genere laboris ſimul & argumenti æmulus inventus eſt, id certè gloriam eius apud nos augere multum debet: niſi fortè nulli in hanc arenam deſcendere voluerunt, nec hanc ex illo ipſo Virgilio ſumptam Parodiam (aut ei ſimilem) audirent:

*Egregiam verò laudem & ſpolia ampla refertis,*
*Vna viri ingenio ſi tandem fœmina victa eſt.*

Hoc autem de ea duo (& ita quidem, vt verum id eſſe contendam) Eudoxiæ ſeu Eudociæ illi &c. minimè cedere.]

In illo exemplari excuſo iam olim Lugduni cum quibuſdam Mantuani & aliorum libris, mulier hæc, Proba Falconia Centona (vt vel ex ipſo titulo coniectura fieri de diligentiâ in eo adhibita poſſit) appellatur. hoc modo, PROBAE CENTONAE, vatis clariſſimę, à diuo Hieronymo comprobatę, Centonam de fidei noſtræ myſteriis, è Maronis carminibus excerptum Opuſculum. Vt autem prætermiſſis nonnullis, quæ interiecta ſunt, ad eos locos veniam, qui præ cæteris mihi & multis etiã viris digni ſunt viſi, quos proferrem, ab Adæ & Euæ per Dominum benedictione (vt ibi vocatur) initium ſumam.

*His demum exactis, torquet qui ſidera mundi*
*Infit. (eo dicente, premit placida æquora pontus,*

*Et tremefacta ſolo eſt tellus: ſilet arduus æther)*
*Viuite felices, interque virentia culta*
*Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.*
*Hæc domus, hæc patria eſt, requies ea certa laborum.*
*His ego nec metas rerum nec tempora pono:*
*Imperium ſine fine dedi, multoſque per annos*
*Non raſtrum patietur humus, non vinea falcem.*
*At genus immortale manet: nec tarda ſenectus*
*Debilitat vires animi, mutatque vigorem.*

Cùm Virgilius ita de Ioue, ſui poëmatis libro. 10. ſcripſiſſet,

*Infit, eo dicente, deûm domus alta ſileſcit,*
*Et tremefacta ſolo tellus: ſilet arduus æther:*
*Tum Zephyri poſuere, premit placida æquora pontus.*

Cùm, inquam, ita ſcripſiſſet Virgilius, prudenter hæc poëtria (eam enim alia ſuo ipſius Marte, vel potiùs ſuâ ipſius Muſâ, ſcripſiſſe ac non hæc tantùm ex alienâ conſuiſſe, legimus) prudenter in locum poſterioris hemiſtichij primi verſus, ſubſtituit hemiſtichium poſterius tertij. In duobus poſtremis tempus præſens pro futuro vſurpare coacta fuit, quū mutare nō poſſet *at* in *et*, mutare & potuit, & debuit: prẹſertim quum majore alicubi libertate vtatur: vt aliquanto pòſt docebo.

Proximi verſibus illis ſunt ij, quibus vetantur primi parentes ligno ſcientiæ boni & mali veſci, propoſitâ mortis pœnâ. Sed hic locus penitiorem Ethicæ & Theologiæ cognitionem requireret, & ideò à Falconiâ, eruditâ Viragine, ſed ſcientiarum ſublimium neſciâ minùs aptè & plenè tractatus, quàm ſuperior.

*Vos, dicam quæcunque, animis aduertite veſtris.*
*In medio ramos annoſaque brachia tendens*
*Eſt in conſpectu ramis felicibus arbos,*
*Quam neque fas igni cuiquam nec ſternere ferro,*
*Relligione ſacra nunquam conceſſa moueri.*
*Hac quicunque ſacros decerpſerit arbore fœtus,*
*Morte luet merita. nec me ſententia vertit.*
*Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat autor*
*Commaculare manus, liceat te voce moneri*
*Fœmina. nec te vllius violentia vincat,*
*Si te digna manet diuini gloria ruris.*

In primo parodiæ ius vſurpauit, in voce vna mutanda. Ita enim legitur apud Virgilium, Æneid. 11.

*Vos famuli, quæ dicam, animis aduertite veſtris.*

At vocem *famuli* ſuo ſermoni minimè conuenientem mutauit in *quæcunque*. ſed illud cuius memini exemplar (ex quo nimirum hæc coactus ſum excerpere, cum aliud nullum diu quærendo nanciſci potuiſſem) in eo, ſicut in aliis infinitis, peccat, quòd nomen hoc *quæcunque* præponit verbo *dicam*. hæc enim vocum deordinatio in Virgilii verba, & Artis Metricæ præcepta exorbitat. In quinto etiam verſu, aliquid mutare ſibi permiſit: & quæ apud Virgilium grandiùs dicta, vt ſenſum optatum exprimerent, deprimerentur. Legitur enim Æn. 7.

*Sunt geminæ belli portæ (ſic nomine dicunt)*
*Relligione ſacræ, & ſæui formidine Martis.*

At illa ex *ſacræ* fecit *ſacra*, nominatiuum pluralem in ablatiuum ſingularem mutans, ſimùlque in eo aliquid innouans, quòd non vocet arborem ſacram relligione (id eſt, per relligionem, ſiue ob relligionem) ſicut ille dixerat, *belli portæ relligione ſacræ*: ſed *ſacra* cum ablatiuo *relligione*, vt eius epithetum, deinde vtrunq. ſimul cum participio *conceſſa* iungat: ſicut Virgilius ablatiuum *fatis* cum eo iunxerat, Æn. 3.

*——& fatis nunquam conceſſa moueri*
*Apparet Camarina procul.*

Septimi verſus hemiſtichium hoc, *nec me ſententia vertit*, ex iſto Virgilii factum eſt loco Æn. 1.

*——quæ te genitor ſententia vertit?*

Sed non dubito quin illa *vertit* in *vertet* mutauerit, quum multo maiores mutationes aliis in locis ſibi permiſerit, atque adeò in hoc ipſo hemiſtichio ex *quæ te* fecerit *nec me*. Multo autem majoris mutationis exemplum in proximè ſequentibus verſibus habemus: vbi nimirum pro verbo *adiicias* ponitur nomen *fœmina*. Proferam autem totum locum, & vnde ſumptẹ ſint ſingulæ eius partes oſtendam: vt inde innouatio illa manifeſta reddatur.

*Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat autor*
*Commaculare manus. liceat te voce moneri*
*Fœmina: nec te vllius violentia vincat,*
*Si te digna manet diuini gloria ruris.*

Horum igitur quatuor verſuum primus ex Georg. ſecundo petitus eſt: vbi Virg. ſcribit

*Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat autor*
*Tellurem Borea rigidam ſpirante mouere.*

Secundi hemiſtichium prius eſt ex Ecloga octaua depromptum,

*Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem*
*Commaculare manus.*

at poſterior eiuſdem verſus pars eſt ex Æn. 3.

*Hæc ſunt quæ noſtra liceat te voce moneri.*

Tertius verſus (excepta voce prima *fœmina*) eſt ex libro 11.

*——vnum optime regum*
*Adiicias: nec te vllius violentia vincat,*
*Quin gnatam, &c.*

Ex his perſpicimus vocem illam *fœmina* eſſe per parodiam pro Virgiliana poſitam: ſed verſum cum hac voce non ſtare animaduertendum eſt, quòd ei deſit ſyllaba: ideòque videndum annon reponendum ſit *fœminea*. Verùm ne hac quidem voce repoſita mendo carere videtur locus, niſi pro *te* legatur *nec*: hoc modo,

*——liceat nec voce moneri Fœminea.*

Ad

ad quartum verſum quod attinet,eſt quidem in eo quo vſus ſum exemplari *iuris*,non *ruris*: verùm ex errore natam eſſe lectionem illam preſuaſum habeo, quũ optimè ſermoni quadret hoc vocabulum (ſicut & cætera omnia quæ ſunt in illo verſu) vt videlicet diuinum rus de paradiſo intelligamus.

Omiſſo Centone,quo paradiſi deſcriptio continetur, ad eum venio quo deſcribitur tentatio primorum parentum à diabolo: vt eadem verba retineam Eius enim ibi eſt hic titulus, Tentatio primorum parentum à diabolo.

*Iamque dies infanda aderat, per florea rura*
*Ecce inimicus atrox immenſis orbibus anguis*
*Septem ingens gyros ſeptena volumina verſat,*
*Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli,*
*Obliqua inuidia ramo frondente pependit,*
*Vipeream inſpirans animam: cui triſtia bella,*
*Iræque, inſidiæque, & noxia crimina, cordi.*
*Odit & ipſe Pater. tot ſeſe vertit in ora,*
*Arrectiſq;horret ſquamis. & ne quid inauſum*
*Aut intentatum ſceleriſue doliue relinquat,*
*Sic prior aggreditur dictis, ſeque obtulit vltro.*
*Hic (ait) ò virgo, lucis habitamus opacis,*
*Riparùmque toros* &c.

Dici autem non poteſt quot mendis hi verſus in illo exemplari ſint deformati: ex quibus ſunt hæc, quòd verſu quinto *inſidia* pro *inuidia*; viciſſimq; in ſeptimo *inuidiæ* pro *inſidiæ* legitur.

In proximè ſequentibus verſibus, quibus hic Cento abſoluitur: (perperam enim hic in duos eſt diuiſus, quaſi ſecundus incipiat ab illo verſu, *Hic (ait) ò virgo.* vel, *Sic ait.* Quorum tamen neutrum eſt apud ipſum Virgilium, ſed *dic*, *ait*)placent hæc ſerpentis ad Euam verba, ——*cæleſtia dona*

*Attrectare nefas? id rebus defuit vnum.*
*Quis prohibet cauſas penitus tentare latentes?*

Item,

*---mea ſi non irrita dicta putatis,*
*Autor ero audendi ſacrata reſoluere iura.*
*Tu coniux, tibi fas animum tentare precando.*
*Dux ego veſter ero, tua ſi mihi certa voluntas.*

Centonis 20. (præfixum habentis hunc titulum, Et comedit Eua de fructu ligni vetiti) ſunt hi verſus,

*Sic ait, & dicto citius, quod lege tenentur,*
*Subiiciunt epulis oculi venerabile lignum,*
*Inſpiciuntque dapes, contactuque omnia fœdant.*
*Præcipuè inſiſtit peſti deuota futuræ,*
*Miraturque nouas frondes: necnon ſua poma*
*(Cauſa mali tanti) ſummo tenus attigit ore,*
*Maius adorta nefas, maioremque orſa furorem.*

Centonis 21. hic eſt titulus, Eua ſeduxit virum ad eſum pomi. Hi autem ſunt eius verſus,

*Heu miſero coniux aliena ex arbore germen*
*Obiicit, atque animum ſubita dulcedine mouit.*
*Continuò noua lux oculis effulſit. at illi*
*Terrentur.* &c.

Centonis 22. (perperam certè vno in duos diuiſo)titulus eſt hic,Vident ſe nudos, & faciunt ſibi perizomata. Verſus autem ſunt iſti,

*Terrentur viſu ſubito: nec plura morati*
*Corpora ſub ramis obtentu frondis inumbrant:*
*Conſertum tegmen. nec ſpes opis vlla dabatur.*
*At non hoc nullis hominum rerumque repertor*
*Obſeruans oculis, cædes & facta tyranni*
*Præſenſit: notumque, furens quid fœmina poſſit.*
*Continuò inuadit, Procul ò procul eſte profani,*
*Conclama,tcœlum ac terras qui numine firmat.*

Sunt autem ex his nonnulla ita mendis fœdata in illo exemplari, vt vix agnoſci in Virgilio poſſit Virgilius. Ac, ne longè abeas, horum verſuum ſecundus ita ibi ſcriptus eſt,

*Corpora ſub ramis abiecti frondis in vmbra.*

quum poſterius hemiſtichium ſit ex Æn. 11.

*Extructoſque toros obtentu frondis inumbrant.*

In quarto verſu pro *nullis* ſcriptum ibi eſt *illis*. eſt tamen vera lectio *nullis*, ex Æn. 11.

*At non hæc nullis hominum ſator atque deorum*
*Obſeruans oculis, ſummo ſedet altus olympo.*

At *hoc* mutare in *hæc* non neceſſe viſum eſt. Rectè autem in locum illius periphraſis,

*---hominum ſator atque deorum,*

ſubſtituit hanc, ex eodem,

*--- hominum rerumque repertor.*

Poſt illa verba

*---procul ò procul eſte profani,*

conueniebant quidem & hæc, *totoque abſiſtite luco*: ſed non itidem conuenire poterant hæc quæ priorem illius verſus partem efficiunt, *Conclamat vates.* Fortaſſe autem locum habere illud hemiſtichium potuiſſet hoc modo,

*Continuò inuadit, procul ò procul eſte profani,*
*Hinc fugite ò miſeri, totoque abſiſtite luco.*

Nam & hoc poſterioris verſus hemiſtichium prius eſt Virgilianum: niſi quòd apud eum legitur *ſed* non *hinc*.

Centonis 23.argumẽtũ ibi eſt hoc,Quærunt fugere,& ſe abſcondere.Verſus ſunt iſti,

*Atque illi longe gradientem ac dira frementem*
*Vt videre, metu verſi, retròque ruentes*
*Diffugiunt, ſyluaſque & ſicubi concaua furtim*
*Saxa petunt. piget incœpti, luciſque: nec auras*
*Reſpiciunt; tædet cœli conuexa tueri.*

Verùm ibi non *frementem* ſed *furentem* legitur: quod ex errore ſicut alia multa, natum eſſe arbitror, quum apud ipſum Virgilium participium illud non hoc legatur Æneid. 10. (vt omittam, durius de deo furere vſurpari) vnde vterque ſumptus eſt verſus. Hìc autem, ſicut & in alijs quibuſdam locis, obſeruare etiam poſſumus, minimè ineptum noſtram hanc Probam cenſuiſſe, quod Auſonius ineptum

ptum ſibi videri dicit, duos nimirum verſus junctim locare, ſicut videlicet apud eum ex quo petuntur, junctim ſunt locati. Sed quòd in duobus qui proximè illos ſequuntur, idem ſibi Proba permittit, id verò reprehenſione dignum fortaſſe iudicari poſſit. Siquidem & hi verſus,

*Diffugiunt, ſyluaſque & ſicubi concaua furtim*
*Saxa petunt*, &c.

ſunt ex Æneid. 7. hoc illum itidem excipiente. Sed finis poſterioris mutatus eſt. legitur enim apud Virgilium,

*--piget incœpti, luciſque: ſuoſque*
*Mutata agnoſcunt.*

At Proba poſteriorem verſum clauſit duabus vocibus quæ in Æneid. 6. leguntur,

*Hinc metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque: nec auras*
*Reſpiciunt, clauſæ tenebris & carcere cæco.*

Hoc quoq. prætermittendum non cenſui, non legi in illo Centonum Probæ exemplari *luciſque* ante accuſatiuum *auras*, ſed *lucemque*: quum tamen genitiuus neceſſarius eſſe videatur.

Centone 25. (omitto enim eum qui eſt 24. de increpatione Domini) Adam ſe ita excuſat,

*Ille ſub hæc, Tua me, genitor, tua triſtis imago,*
*His poſuere locis. merui, nec deprecor, inquit,*
*Omnipotens. ſonitumq; pedum vocemq; tremiſco,*
*Conſcius audacis facti. monitiſque ſiniſtris*
*Fœmina fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem.*
*Illa dolos dirumque nefas ſub pectore verſans,*
*Inſontem, infando indicio, moritura puella,*
*Dum furit incautum crudeli morte peremit.*
*Suaſit enim: ſcis ipſe, nec eſt te fallere cuiquam.*
*Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error.*

Inter verſum qui primus hîc eſt, & eum qui ſecundo loco eſt poſitus, vnus deeſſe videtur, quòd alioqui pluralis *poſuere* non habeat quò referatur. Virgilii quidem certè locus, vnde ſecundi initium ſumpſit, eſt hic, Æn. 8.

*Me pulſum patria pelagique extrema ſequentem,*
*Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum*
*His poſuere locis.*

In quinto pulchrè vox *media* in vocem *fœmina* mutata eſt. Ita enim apud Virgilium, Georg. 11.

*Media fert triſtes ſuccos tardumque ſaporem*
*Felicis mali.*

Itidemque ex verbo *adijcias* factum fuiſſe vidimus *fœmina*, vel potiùs, *fœminea*, in præcedentibus. In talibus autem mutationibus libertas parodiæ (vt antea monui) ſiue ius, vſurpatur. Ac neceſſaria certè nonnullis in locis eſt hæc libertas, quam tamen in huiuſmodi concinnatione Centonum Auſonio parum placuiſſe exiſtimo. At concinnatrix horum in illis etiam qui ſequuntur ea vti non dubitauit. quum enim ſcripſerit Virgilius Æn. 10.

*--nam Pallas ante ruentem*
*Dum furit, incautum, crudeli morte ſodalis,*
*Excipit, atque enſem tumido in pulmone recondit,*

ex illo verſu, *Dum furit, incautum, crudeli morte ſodalis*, hunc fecit, *Dum furit, incautum, crudeli morte peremit*. Alioqui dicendum fuerit, eam poſtrema duo vocabula aliunde ſumpſiſſe, ſed mutando *peremptum* in *peremit*. Legitur enim Æneid. 6.

*--indigna morte peremptum.*

Iam verò & in eo verſu qui illi proximus eſt, aliquid μετεποίησεν. nam ex Virgilianis *ſuadet enim*, fecit *ſuaſit enim*. quum dixiſſet poeta ille duobus in locis, *Suadet enim veſana fames.* Reliqua autem pars verſus ex iſto excerpta eſt, (qui legitur Georg. lib. 4.)

*Scis Proteu, ſcis ipſe: nec eſt te fallere cuiquam.*

Centonis 27. (cuius argumentum eſt, Deũ infligere homini labores) verſus ſunt hi,

*At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis,*
*Omne æuum ferro teritur: primuſq. per artem,*
*Heu miſerande puer, terram inſectabere raſtris,*
*Et ſonitu terrebis aues: horrebit in aruis*
*Carduus, & ſpinis ſurget paliurus acutis,*
*Lappæque, tribulique, & fallax herba veneni.*
*At ſi triticeam in meſſem robuſtaque farra*
*Exercebis humum, fruſtra expectabis aceruum,*
*Concuſſaque famem in ſyluis ſolabere quercu.*
*Inſuper his ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus.*

Quibus verſibus videtur addi hic debuiſſe,

*Et labor & diræ rapit inclementia mortis.*

Sed ibi perperam inchoat Centonem 18. eiq. ſubiunguntur iſti,

*Hæc tibi ſemper erunt. tuque ò ſæuiſſima coniux*
*Non ignara mali, caput horum & cauſa malorum,*
*Magna tibi commiſſa lues. heu perdita neſcis,*
*Nec quæ circumſtent te tanta pericula cernis.*
*Nunc morere*, &c.

Ad Centonem 35. eundemq. vltimum eorum, quibus primæ hiſtoriæ Geneſis deſcribuntur (licet capita appellentur, non Centones) veniendum eſſe cenſeo. Illi igitur argumentum hoc præfixum eſt, Populus Iſrael fugit à Pharaone in deſertum, & tranſit mare rubrum: & datæ ſunt leges Moyſi.

*Diluuio ex illo patribus dat iura vocatis*
*Omnipotens, magniſque agitat ſub legibus æuum.*
*Quid memorem infandas cædes, quid facta tyranni,*
*Neſciaque humanis precibus manſueſcere corda?*
*Ægyptum, vireſque Orientis, & vltima bella,*
*Magnanimoſque duces, totiuſque ordine gentis,*

Quo

*Quo curſu deſerta petiuerit & tribus, & gens*
*Magna virũ, tanti meriti non immemor vnquam.*
*Quique ſacerdotes adſint altaria iuxta*
*Quique pij vates pro libertate ruebant,*
*Qui bello exciti reges, quæ littore rubro*
*Complerint campos acies: quibus arſerit armis*
*Rex, genus egregium, magno inflammante furore*
*Agmen agens equitum & florentes ære cateruas.*

Aptiſſima ſuo argumento hemiſtichia ex Virgilio excerpſit, è quibus duos primos verſus compoſuit. Vterque enim ex duobus hemiſtichiis conſtat, quæ ſunt diuerſis è locis ſumpta. Legimus enim Æn. 7.

*Diluuio ex illo tot vaſta per æquora vecti.*

Libro autem eiuſdem poëmatis 5.

*Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.*

Ad ſecundum verſum quod attinet, quæ in eo prima eſt vox *omnipotens*, in variis huius poëtæ locis legitur, vt omnibus qui illum verſarunt, notum eſſe poteſt: ea autem quæ verſum illum abſoluunt verba, ſunt ex Georg. libro 4. petita, de apibus,

*Solæ communes natos, conſortia tecta*
*Vrbis habent, magniſque agitant ſub legibus æuum.*

Obſeruandum eſt igitur mutationem duplicem hîc eſſe: primùm, in eo quod pluralis *agitant* vertitur in ſingularem *agitat*: deinde, quòd huius verbi vſus mutatur. Ibi enim agitare æuum ſub legibus dicuntur qui legibus ſibi datis parent: apud hanc autem Centonum concinnatricem, ipſe legiſlator agitat ſub legibus æuum eorum quibus dat leges, quaſi quis cum illorum æuum ſub legibus exercere dicat. Quòd ſi quis dubium ſibi eſſe obiiciat an iſtud genus loquendi hoc quoq. modo vſurpari poſſit, ego hanc quoq. libertatem tali carminum concinnationi concedi reſpondebo, quibuſdam vocabulis, necnon quibuſdam loquendi generibus, eum quoq. vſum de quo dubitatio moueri poſſit, tribuendi. Duo qui proximè ſequuntur verſus, valde & ipſi perſonæ cui tribuuntur conueniunt. Videntur autem & cæteri omnes qu. ſequuntur, pendere ab illis verbis, *Quid memorem*? Alioqui dicendum eſſet ad verbum *prætereo* referri: quod in iſto habetur verſu, qui alter eſt eorum quibus locus hic clauditur.

*Cætera facta patrum, pugnataque in ordine bella*
*Prætereo, atq. alijs poſt me memoranda relinquo.*

Illos verſus ſequitur titulus hic, De myſteriis noui Teſtamenti: & primò de incarnatione filii Dei per Spiritum ſanctum.

*Nunc ad te & tua magne Pater conſulta reuertor.*
*Maius opus moueo: vatum prædicta priorum*
*Aggredior. quamuis anguſti terminus æui*
*Accipiat, tentanda via eſt qua me quoq. poſſim*
*Tollere humo, & nomen fama tot ferre per annos*
*Quot tua progenies cælò deſcendit ab alto,*
*Attulit & nobis aliquando optantibus ætas*
*Auxilium aduentùmque Dei: quum fœmina primùm*
*Virginis os habitùmque gerens (mirabile dictu)*
*Nec generis noſtri puerum nec ſanguinis edunt.*
*Sed quia terrifici cecinerunt omina vates,*
*Aduentare virum populis terriſque ſuperbum,*
*Semine ab æthereo: qui viribus occupet orbem,*
*Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris.*

In his eſſe aliquid reprehenſione dignum videtur, & quidem illud potiſſimum de virgine, *Virginis os habitùmque gerens*. dicat enim aliquis, eam quæ virginis os habitumq. gerat, non protinus eſſe virginem: imò non ſolere hæc dici de virgine, ſed potius de ea quę virginis ſpeciem præſeferat. Ac fateor quidem in huiuſm odi concinnatione verſuum multa tolerari, quæ, ſi ad viuum exigantur, meritò reprehendi poſſint: ſed eam libertatem, quæ in profanis conceditur, in rebus ſacris eſſe itidem vſurpandam nego. In verſu qui illum proximè ſequitur, non dubito quin pro *edunt*, quod eſt apud Virgilium, ipſa *edit* ſcriptum reliquerit. Certè niſi ita legatur, dicendum erit verſum inter hunc & illum eſſe omiſſum. Qui autem hunc excipit ita ſcriptus eſt in illo exemplari,

*Sed quia terrifica cecinerunt omnia vates.*

Qua in lectione tria ſunt menda, ſed quorum vnum, videlicet *omnia* pro *omina*, maximam partem earum Virgilii editionum quæ meam præceſſerunt, occupauit. *Terrifica* perperam ſcriptum eſſe pro *terrifici*, nemo eſt qui ſtatim animaduertere non poſſit. Apud ipſum poëtam *feràque* non *ſed quia* legimus: ideò & illam ſcripturam inter mendoſas numeratum iri puto, de qua tamen munera ſatis eſſe exiſtimaui. Iudicium eius fortaſſe quiſpiam deſideret in eo etiam, qui ſequitur, verſu,

*Aduentare virum populis terriſque ſuperbum.*

Sumptus eſt autem ex Æneid. 2.

*--tot quondam populis terriſque ſuperbum*
*Regnatorem Aſiæ.*

Sed vocem *ſuperbum*, quæ hîc locum habet, non itidem habere illic puto. Quanuis enim quoties poëtæ quempiam re aliqua ſuperbũ eſſe dicunt, in vitio vox hæc non ponatur, ſed plerunq. perindè ſit acſi potentem appellent, & habere vnde ſuperbire poſſit, dicant: hîc tamen alia quærenda fuiſſe videtur.

Quòd ſi etiam non ſuperbum, ſed potentem vocaſſet, non populis terriſque potentem dicere debuerat, ſed alia potius re quæ terreſtribus regibus cum illo communis non eſſet. Eo autem minus hîc excuſari poteſt, quo plura ſunt apud Virgilium quæ conuenire tali regi poterant.

Cen-

Centonis 3. qui eſt de Magis offerentibus munera, & ſtella eorum duce, ſunt hi verſus,

*Haud mora, continuò cæli regione ſerena*
*Stella facem ducens magna cum luce refulſit.*
*Agnouère deum proceres, cunctique repente*
*Muneribus cumulant, & ſanctum ſidus adorant.*
*Tunc veri manifeſta fides, clarùmque paternæ*
*Nomen virtutis: ſed coram agnoſcere vultum*
*Flagrant, & quæ det diuini ſigna decoris.*

In hoc Centone placent hæc potiſſimum,

*Agnouère Deum proceres.*

Necnon iſta,

*Tunc veri manifeſta fides, clarùmque paternæ*
*Nomen virtutis: ſed coram &c.*

Non ſequor autē lectionem exemplaris è quo hæc deſcripſi, ſed quæ eſt apud ipſum Virgilium. Illud enim exemplar habet, *Nomen virtutis,& Chriſti agnoſcere vultum.* Vbi primùm quidem *&* perperam poſitum eſſe pro *ſed,* ipſa verſus dimenſio oſtendit: deinde eam *Chriſtum* ſcripſiſſe non *coram,* vt legitur apud Virgilium, ideò veriſimile non eſt, quòd nihil mutatione iſta ſit opus: nihil autem mutare, niſi cogente neceſſitate, ſoleat: neque certè id niſi tum, fieri debeat.

Argumentum Centonis 4. ibi hoc eſt, Herodes rex turbatur audita natiuitate Ieſu Chriſti. Fit tamen in his eius verſibus & matris eius mentio.

*Protinus ad regem magno clamore furentem*
*Fama volat, magnàſque acuit rumoribus iras.*
*Incendìtque animum, matrìſque allabitur aures.*
*Illa dolos dirùmque nefas, haud inſcia rerum,*
*Præſenſit, motùſque excepit prima futuros.*
*Præſcia venturi furtim mandauit alendum,*
*Dum curæ ambiguæ, dum mens exæſtuat ira.*

Rectius autem fortaſſe legeretur in ſecundo verſu *magnìſque* quàm *magnàſque*: vt ille ablatiuus eſſet pro ablatiuo Virgiliano *varijs*: lib. 9.

——*varìſque acuunt rumoribus iras.*

Quum autem eos tantùm locos qui mihi præ cæteris placent afferre velim, ad Centonem 15. tranſibo, eius initium ſumens à tribus verſibus quibus 24. malè ibi clauditur. Eſt autem ille de Chriſto qui ementes & vendentes de templo expellit,

*Idmque propinquabant portis: templùmq. vetuſtum*
*Antiquæ cedri, centum ſublime columnis*
*Ingreditur, magna medius comitante caterua,*
*Horrendum ſyluis. hoc illis curia templum,*
*Hæ ſacris ſedes: miro quod honore colebant.*
*Nanque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo,*
*Horreſcit viſu ſubito, inſonuìtque flagello,*
*Significàtque manu, & magno ſimul intonat ore,*
*Quæ ſcelerum facies? quæue æra micantia cerno?*
*Cæſaris & nomen? quæ mentem inſania mutat?*
*Hæc nobis prima eſt ſedes, hìc tempore certo*
*Perpetuis ſoliti patrum conſidere menſis.*
*Obſtupuere omnes: gelidùſque per oſſa cucurrit*
*Ima dolor, menſaſque metu liquere priores.*

Fuit autem mihi in emendando hoc loco, ſicut & in aliis, multum laborandum, quum & omnia apud Virgilium (ad quem recurrendum eſt) non ſint obuia, & hæc alicubi ab ea quę apud illum extat, lectione aliquantum deflectere neceſſe habuerit. Exempli gratia, in quinto Centonis huius verſu, vbi ſcripſi *Hæ ſacris ſedes*, in illo exemplari eſt, *Hæc ſacre ſedis.* Quòd ſi pro *ſacre* (quod ferri nullo modo poteſt) reponas *ſacræ*, nondum locum hunc emendaueris, niſi & ex *ſedis* facias *ſedes.* Fortaſſe autem, ne ſic quidem cum correxeris, ſed retinenda fuerit vox *ſacris* quæ eſt apud poëtam. Atque id à me factum eſt. nam apud illum quidem eſt *Hæ ſacris ſedes epulis*: ſed ille ex *ſacris* adiectiuo fecit *ſacris* ſubſtantiuum. Totus enim locus Virgilii, vnde hæc petita ſunt, eſt hic, Æn. 7.

*Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis*
*Vrbe fuit ſumma, Laurentis regia Pici,*
*Horrendum ſyluis & relligione parentum.*
*Hinc ſceptra accipere & primos attollere faſces*
*Regibus omen erat: hoc illis curia templum,*
*Hæ ſacris ſedes epulis.*

Cur autem hanc templi deſcriptionem imitari hic Proba voluerit, ipſa viderit. Ad ſequentia vt pergam, vocem *Nanque* in principio ſexti mutandam cenſuiſſem. Quod verò in octauo pro *incipit* ſcripſit *intonat* (legitur enim apud Virgilium, Æneid. 12. *Significàtque manu, & magno ſimul incipit ore*) mihi ſummopere probatur. Neque tamen hìc illa parodiæ in immutando libertate, cuius antea memini, vſa eſſe dicenda fuerit: aut certè, ſi vſa ſit, in illa ipſummet Virgilium eſſe ſequuta. Quum enim ille Æneid. 12. ſcripſerit,

*Significàtque manu, & magno ſimul incipit ore,*

libro autem ſexto eiuſdem operis,

*Exurgìtque facem attollens, atque intonat ore,*

qui parodiam hìc eſſe dicet, meritò eam ex eodem poëta petitam eſſe fatebitur.

Decimus verſus in illa horum Centonum editione valde deprauatus eſt: quippe qui ita legatur, *Cæſaris & nomen: & nomen inſania mutat.* quum poſterior pars verſus ita ſcribenda ſit, ex libro 4. *quæ mentem inſania mutat?* At in priore parte ex Georgic. 3. ſumpta rectè ſcriptum eſt, *Cæſaris & nomen.* vbi reſpicitur ad eum locum in quo narratur exhibitum fuiſſe Chriſto nummum, cui Cæſaris effigies inſculpta eſſet.

Libet (vt citò huic Centones iſtos excerpendi labori finem imponam) ad eum qui ordine eſt 38. excurrere: quum & ipſe in eo-

rum

[i]am ſit numero qui mihi ſupra cæteros pro-[ba]ntur. Eius argumentum eſt, Chriſtum poſt [re]ſurrectionem, foribus clauſis, Apoſtolis [a]tque aliis qui cum illis congregati erant, [a]pparuiſſe,

*Ecce autem primi volucrum ſub culmine cantus,*
*Ingreditur linquens antrum, ſpoliiſque ſuperbus*
*Ibat ouans: pulſuque pedum tremit excita tellus.*
*Vulneráque illa gerens, foribus ſeſe ingerit arctis,*
*Atque hic ingentem comitum affluxiſſe nouorum*
*Inuenit admirans numerum. cunctiſque repente*
*Improuiſus ait, Coram, quem quæritis, adſum.*
*Vicit iter durum pietas, & viuida virtus.*
*Præcipites vigilate viri: timor omnis abeſto.*
*Hi veſtri reditus, expectatique triumphi.*
*Hæc mea regna, fides,* &c.

In proximè autem ſequente Centone [i]ſta hiſtoriæ optimè ſunt aptata,

*Et ſimul his dictis faciem oſtendebat, & ora:*
*Ora manuſque ambas.*

Cento 41. (qui & vltimus) eſt hic, de Chriſto in cœlum videntibus diſcipulis aſ[c]endente,

*His demum exactis, ſpirantes dimouet auras*
*Aera per tenerum: cœlóque inuectus aperto,*
*Mortales viſus medio in ſermone reliquit:*
*Infert ſe ſeptus nebula, mirabile dictu:*
*Atque illum ſolio ſtellantis gloria cœli*
*Accipit, æternùmque tenet per ſecula nomen.*

Plura Centonum exempla excerpturus [e]x hoc libro eram, niſi mihi paſſim in mendis, [t]anquam in ſalebris, hærendum fuiſſet: & nõ-[n]ulla eſſe vidiſſem in quibus veteris exem-[p]laris auxilium deſideretur: quum alioqui [p]ericuloſum ſit, ne, ſi vbique eam quæ apud Virgilium eſt lectionem reponamus, quædam [a]liter ſcribamus quàm ipſamet horum Cen-[t]onum concinnatrix ſcripſerit, ſiue alio Vir-[g]ilii exemplari vſa (id eſt, diuerſam à noſtris [l]ectionem habente) ſiue memoria lapſa. Ali-[q]uot enim in locis quædam mihi videri me-[l]ius quàm apud ipſum Virgilium legi, non [d]iſſimulabo: ſed nonnulla etiam eſſe credibi-[l]e eſt, in quibus ſua eam memoria fefellerit: [i]d eſt falſa ſit, quòd nimium memoriæ ſuæ fi-[d]eret. Verbi gratia, quod Centone 41. quem [m]odò attuli, ſcriptum eſt *ſtellantis gloria cœli*, [n]on *regia*, non aliunde quàm ab ipſa, quæ [n]on bene Virgiliani illius loci meminiſſet, [p]rofectum eſſe, aliquis non immeritò fortaſſe [d]ixerit. Sic quod Centone 26. legitur *occur-[r]unt*, non *apparent*, vt apud Virgilium (hoc in [l]oco, *Poſtquam altum tenuere rates nec iam am-[p]lius vllæ Occurrunt terræ*) id non librarii in-[c]uriæ, ſed memoriæ ipſius Probæ non ſatis fi-[d]eli adſcripſerim, id eſt ἁμάρτημα ſiue σφάλμα, [n]õ γραφικὸν, ſed μνημονικὸν eſſe dixerim. Quòd [ſ]i etiam in exemplari aliquo lectio hæc ex-tareт, eius fides minimè ſequenda eſſet. Plura (inquam) Centonum exempla eam ob cau-ſam non proferam: neque certè ad ferendum de Probæ noſtræ labore iudicium pluribus opus eſſe dixerim. Ex his enim, quid in hu-iuſmodi concinnationibus verſuum præſtare potuerit, facilè perſpicimus. Neque enim dubium eſt quin illa, in argumento quopiam liberiore, à multis quæ hîc duruſcula ſunt, temperatura fuerit. Sunt enim inter alia (ne-quid diſſimulem) quorundam locorum abu-ſus aliquantum duri. Sed aliqui ſunt viciſſim loci adeò concinnè per abuſum accommoda-ti, vt multo aptiores quã ſi nullus eſſet abu-ſus poſſint videri. Majorem quidẽ certè abu-ſus quàm vſus gratiam, majoremq. leporem eſſe, nemo negauerit. Talis autẽ abuſus exẽ-plũ habuimus paulò ante in hoc loco, --*men-ſáſq. metu liquêre priores*: à menſis in quibus epu-lamur, ad trapezitarum menſas Virgilianum verſum traducendo. Eiuſmodi eſt verborum illius poetæ catachreſis ibidem, in iſto he-miſtichio, ———*quaue æra micantia cerno?* Quinetiam nonnulli ſunt loci vbi tam aptè Virgilianis abutitur verbis, vt illis poeta ille potius abuti, ipſa autem vti videri poſſit: ve-luti quum paradiſum appellat rus diuinum: in hoc verſu, *Si te digna manet diuini gloria ruris.* In quibuſdam autem verbis, licet & ipſa aliò traducantur, ne vllus quidem abuſus animad-uertitur. veluti in iſtis, quæ Chriſtus ſuam mortem prædicens ait, *Vnum pro multis dabitur caput*. Quid verò aptius ad commendanda vel potius imperanda charitatis officia inue-niri potuit hoc verſu, ex duobus diuerſorum locorum hemiſtichiis conflato? *Da dextram miſero, fratrem ne deſere frater*. Nam τὸν πέλας appellare fratrem, hoc certè eſt Chriſtianè ex Virgilio loqui. Digna ſunt quæ ibidem animaduertantur, & illa, *Diſce puer contemnere opes*, quæ tribuuntur Chriſto compellanti iu-uenem illum prædiuitem. Iam verò & ad de-ſcribenda quædam altiora fidei noſtræ my-ſteria aptiſſimos verſus ſeu aptiſſima hemiſti-chia delegiſſe eam videmus. Atque id cum de alijs locis, tum de hoc dicere poſſumus, in quo Chriſti natiuitas deſcribitur,

*Iamq; aderat promiſſa dies, quo tempore primùm*
*Extulit os ſacrum diuinæ ſtirpis imago,*
*Miſſa ſub imperio: venit de corpore virtus*
*Mixta deo.*

Sed deprauatio quæ eſt in priore tertij ver-ſus hemiſtichio, aliquid tenebrarum nobis offundit. Neque ſatis cautè illud *Mixta deo* ſcripſit (ſi vera eſt hæc ſcriptura) meliùſque *Iuncta deo* ſcripſiſſet per parodiam.

## CENTO II. VIRGILIANVS.

### DXXVI.

PRAETER Centones Falconiæ Latinos, & Eudoxiæ Gręcos, vix apud veteres alios reperias: vt mirum ſit tanto tempore tam nobile inuentum promotore caruiſſe. Auſonius Gallus videtur eſſe primus, qui noſtrorum auorum ætate Centones ſcripſerit, licèt in hoc carpendus, quòd puriſſimas Virgiliani fontis vndas argumenti obſcœnitate macularit. Exſtat vnus, qui *Nuptialis* vocatur. Huic pręfixa eſt ad Paulinum epiſtola: vnde quædam proferam. Initium eſt hoc, *Perlege hoc etiam, ſi operæ eſt friuolum & nullius pretii opuſculum: quod nec labor excudit, nec cura limauit: ſine ingenii acumine, & moræ maturitate. Centonem vocant qui primi hac concinnatione luſerunt. Solæ memoriæ negotium, ſparſa colligere, & integrare lacerata: quod ridere magis quàm laudare poſſis. Pro quo, ſi per Sigillaria in auctione veniret, neq. Afranius nauci daret, nec Stichum ſuum Plautus offerret. Piget enim Virgiliani carminis dignitatem tam ioculari dehoneſtaſſe materia.* Hæc ille: vbi obſervandum eſt, *concinnationem* ab eo de Centone dici, atque adeò hunc *concinnationem* appellari. Quod autem dicit, ſolius memoriæ (ſed ibi eſt *ſolæ* ſcriptum ἀρχαϊκῶς) eſſe negotium, ſparſa colligere, hoc equidem illi non conceſſerim: quippè qui, vt eorum quæ memoria collegerit, habeatur is, qui requiritur delectus, ſummo ingenii acumine opus eſſe contendam. Quum dicit *Integrare lacerata*, ſignificat, ex laceris carminibus integra efficere: intelligens, vt opinor, de hemiſtichiis, ex quibus conſutis integri verſus fiunt. Quod dicit (tanquam veniam petens) pigere ſe Virgiliani carminis dignitatem tam ioculari materia dehoneſtaſſe, eſt certè (vt antea quoq. docui) quod cum pigeat & pudeat etiam, ſed eorum quæ in Centone illo obſcœna potius ſunt quàm iocularia. Nam quin alioqui ſalva carminis Virgiliani dignitate, aliquid inde ad iocoſam quampiam materiam traduci poſſit, minimè dubium eſt: præſertim quum ipſemet Virgilius quædam illi Æneidis operi, cujus tanta eſt grauitas atque dignitas, accommodauerit, quæ ex aliis ſuis poëmatis quorum humile potius argumentum appellandum eſt, excerpſerat. In ijs quæ proximè ſequuntur, Valentinianum imperatorem ludo eiuſmodi nuptias deſcripſiſſe, & ſimilem eadem de re concinnare iuſſum ſe ab illo fuiſſe ait. Vtitur enim hîc, *concinnandi*, ſicut in ſuperioribus *concinnationis*, vocabulo. Sed *ſimilem* quàm *ſimile* legere malo, vt ad *ludum* referatur. Interiectis quibuſdam, ſuo illi opuſculo varios titulos ſeu varia epitheta tribuit. *Accipe igitur* (inquit) *opuſculum de inconnexis continuum, de diuerſis vnum, de ſerijs ludicrum, de alieno noſtrum: ne in ſacris & fabulis aut Thyonianum mireris, aut Virbium: illum de Dionyſo, hunc de Hippolito reformatum.* Ex his autem poſtremis verbis colligi poſſe videtur, de Baccho & Hippolytò ludicra etiam ſeu iocularia quædam cani fuiſſe ſolita, in quibus non jam ille, vel Bacchus vel Dionyſus, ſed Thyoneus ſeu Thyonianus: hic non Hippolytus, ſed Virbius appellaretur. Reuera (inquit Seruius) Virbius eſt numen conjunctum Dianæ, vt Matri Deûm Attis, Mineruæ Erichthonius, Veneri Adonis. Dixerat autem in iis quę proximè præcedunt, eum, licet caſtus vbique inductus ſit, & qui ſemper ſolus habitauerit, habuiſſe tamen filium. Poſſunt huc pertinentia quædam & ex Lactantio peti, De falſa religione lib. 1. cap. 17.

Sequuntur autem apud Auſonium hæc, quæ Centonis definitionem continent, *Variis de locis, ſenſibúſque diuerſis, quædam carminis ſtructura ſolidatur, in vnum verſum vt coeant aut cæſi duo, aut vnus & ſequens cum medio.* Quæ poſteriora obſcurius dici ab eo videntur, ſiquidem ſit hic eorum ſenſus (vt eſſe videtur) vnum cum ſequenti poſſe ſumi, modò aliquis ſit intermedius. Hoc enim verba proximè ſequentia declarare videntur, quibus duos junctim locare ineptum eſſe tradit. Addit enim, tradens quædam de Centonum concinnatione præcepta, *Nam duos iunctim locare ineptum eſt, & tres vna ſerie, meræ nugæ. Diffunditur autem per cæſuras omnes quas recipit verſus heroicus: conuenire vt poſſit aut penthemimeris cum reliquo anapæſto, &c.* At enim quod Auſonius ineptum eſſe judicauit, duos nimirum verſus junctim collocare, non aliorum omnium itidem qui talia poëmata concinnarent, judicio ineptum fuiſſe comperio. Atque adeò quum hoc dicit, aliquos qui id ſibi permitterent, videtur velle reprehendere. At ego illos ob tres quidem junctim ſeu vna ſerie poſitos, reprehenſionem meruiſſe dixerim, ob duos verò, non item: ſi tamen ne hoc quidem frequenter ſibi permiſerint. Imò verò quomodo potuit Auſonius in aliis improbare quod ſibi licere exiſtimauit? Sed iam aliquot ex illo Centone ſelectos à me, vt tibi pro exemplis eſſent, locos, proferre libet. Hi ſunt igitur primi verſus deſcriptionis cœnæ nuptialis.

Ex-

*Expectata dies aderat, dignìſque hymenais,*
*Matres atq. viri, iuuenèſque ante ora parentum*
*Conueniunt, ſtratòque ſuper diſcumbitur oſtro.*
*Dant famuli manibus lymphas, onerántq. caniſtris*
*Dona laborata Cereris, pinguiſque ferinæ.*
*Viſcera toſta ferunt. ſeries longisſima rerum.*
*Alituum pecudùmq. genus, capreæque ſequaces*
*Non abſunt illis, nec oues hædique petulci,*
*Et genus æquoreum, damæ, ceruìque fugaces.*
*Ante oculos interque manus ſunt mitia poma.*
*Poſtquā exempta fames, & amor compreſſus edēdi,*
*Crateras magnos ſtatuunt, Bacchumq. miniſtrant.*
*Sacra canunt*, &c.

Primi verſûs hemiſtichium prius, *Expectata dies aderat*, eſt ex Æn. lib. 5.

*Expectata dies aderat, nonámque ſerena*
*Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant.*

Illa autem altera pars, *dignìſque hymenæis*, eſt ex Æn. lib. 11.

*Quin gnatam egregio genero dignìſque hymenæis*
*Des pater.*

Sed qui hîc minimè durus eſt datiui vſus cum verbo *des*, duriuſculus illic cum verbo *conueniunt* eſſe videtur. Secundus verſus ex duobus & ipſe verſibus conflatus eſt, ſed eiuſdem libri (qui ſextus eſt Æneidis) & quidem valde vicinis, quum vnus duntaxat verſus ſit interiectus. In eo enim legimus de turba ad ripas Acherontis effuſa,

*Matres atque viri, defunctáque corpora vita*
*Magnanimûm heroum, pueri, innuptæq. puellæ,*
*Impoſitìque rogis iuuenes ante ora parentum.*

Sed pro *iuuenes* permiſit ſibi *iuueneſque* dicere. Legi autem eoſdem illos verſus & lib. 4. Georg. ſciendum eſt: & ex eorum numero eſſe in quibus illam Homeri in repetendis quibuſdam libertatem vſurpat.

Tertius verſus ex vno eodèmque loco ſumptus eſt, libri Æneid. 1. vel potius vnus ex illius verſibus eſt.

*Iam pater Æneas & iam Troiana iuuentus*
*Conueniunt, ſtratòque ſuper diſcumbitur oſtro.*

In quarto incipit ſuam ipſemet legiſlator legem prætergredi. Quum enim dixerit (vt antea commemoravi) duos verſus junctim locare ineptum eſſe, id tamen ipſe hîc facit: vnica voce mutata. Siquidem illum cujus initium eſt *conueniunt*, iſte excipit,

*Dant famuli manibus lymphas, Cereremq. caniſtris*
*Expediunt.*

Niſi fortè ita ſe excuſet Auſonius, vt dicat ſe priora illa verba, *Dant famuli manibus lymphas*, pro dimidia tantùm parte verſus habere, & vocem *caniſtris* non ex eodem verſu (licet in eo extet) ſed ex alio ſumere, in quo etiam verbum *onerant* ſibi præfixum habet, & ſequuntur ipſam illa verba, *Dona laboratæ Cereris*. Is autem eſt Æneid. 8.

*Tum lecti iuuenes certatim aræque ſacerdos*
*Viſcera toſta ferunt taurorum: onerántq. caniſtris*
*Dona laboratæ Cereris, Bacchùmque miniſtrant.*

Vbi obſerua inveniri etiam illa quæ in ſex to verſu poſuit Auſonius verba, *Viſcera toſta ferunt*: necnon hæc, *Bacchùmque miniſtrant*, quibus claudit duodecimum. Genitivi illi *pinguiſque ferinæ*, ex quibus conſtat poſterior pars quinti verſus, ſunt ex Æn. 1. *Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinæ*: ſed non ſatis aptè (meo quidem judicio) Auſonius nomini *dona* hunc genitivum junxit. Neq. enim ita dici poſſunt dona ferinæ carnis, vt dicuntur dona Cereris, dona Bacchi, dona Veneris, à poëtis.

Illud poſterius ſexti verſus hemiſtichiū, ---*ſeries longisſima rerum*, ex primo libro deprompſit, & in diverſum planè vſum traduxit. Ita enim Maro,

*Ingens argentum menſis, cælatáque in auro*
*Fortia facta patrum, ſeries longisſima rerum,*
*Per tot ducta viros, antiquæ ab origine gentis.*

Sed libet in ſequentibus etiam Auſonii verſibus (id eſt, iis qui ſuperſunt ex duodecim quos primos in exemplum attuli) eam quam vtatur in excerpendo artem oſtendere. Illa igitur *Alituum pecudùmque genus*, ſumpta ſunt ex libro 8. Quæ verſum abſolvunt, *capreæque ſequaces*, ex Georg. 11. In octauo verſu verbum *abſunt*, cui junguntur nominatiui *oues hædique petulci*, ex alio eſt loco. Ita enim Georg. lib. 11. in deſcriptione bonorum quibus fruuntur agricolæ,

*Mugitùſque boum, molleſque ſub arbore ſomni*
*Non abſunt: illis ſaltus ac luſtra ferarum.*

At reliqua verſus pars, -*nec oues hædique petulci*, eſt ex principio libri Georg. quarti. Nonus verſus ex iis eſt, qui ex diuerſis ſunt locis collecti. Legitur enim Georg. 3.

*Omne adeò genus in terris hominùmque ferarùmque,*
*Et genus æquoreum, pecudes pictæque volucres,*
*In furias ignemque ruunt. amor omnibus idem.*

At verò illa, *damæ ceruique fugaces*, ſunt ex Georg. 3. Miretur autem aliquis prima fronte cur totum illum verſum, *Et genus æquoreum, pecudes pictæque volucres*, optimè ſermoni ſuo conuenientem, non mutuatus ſit: ſed mirari deſinet, quum eadem aliis verbis iam dicta fuiſſe conſiderabit: his videlicet, *Alituum pecudùmque genus*. Decimus verſus, *Ante oculos interque manus ſunt mitia poma*, factus eſt ex iſto libri 11. *Ante oculos interque manus ſunt omnia veſtras*. Videtur autem (ſi & hîc cenſuram adhibere fas eſt) nimium brevis in hac ſecundæ menſæ deſcriptione fuiſſe, nec tantùm poma mitia dare illi debuiſſe, vt vltima primis reſponderent. Qui autem ſequuntur duo verſus, ex hemiſtichiis quæ memoria facilè

huius poëtæ lectoribus ſuggeret, ſunt conflati.

Verſus illos apud Auſonium excipiūt iſti,

*Sacra canunt, plaudunt choreas, & carmina dicunt.*
*Necnon Threicius longa cum veſte ſacerdos*
*Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.*
*At parte ex alia biforem dat tibia cantum.*
*Omnibus vna quies operum, cunctique relictis*
*Conſurgunt menſis* &c.

In verſu qui horum primus eſt, haud dimidia pars ex vno loco, dimidia ex altero ſumpta eſt, ſed illa duntaxat *Sacra canunt*, ſunt ex Æn. lib. 2. cætera autem ex 6. In duobus proximè ſequentibus ſui videtur fuiſſe oblitus Auſonius: id eſt, eorum, quæ dixerat, de non locandis iunctim duobus (quum enim dicit, duos iunctim locare, ineptum eſſe, nimirum id facere vetat) quippe qui ſibi permittat vnum alteri proximè adiungere, vt in loco Virgilii Æn. 6. Niſi fortè aliquid aliud verba illa apud eum ſignificant.

Paucis interiectis ſequitur hęc egredientis ſponſæ deſcriptio,

*Tandem progreditur Veneris iuſtiſſima cura,*
*Iam matura viro, iam plenis nubilis annis,*
*Virginis os habitùmque gerens: cui plurimus ignem*
*Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit,*
*Intentos voluens oculos: vtrìque videndo.*
*Illam omnis tectis agrìſque effuſa iuuentus*
*Turbàque miratur matrum, veſtigia primi*
*Alba pedis, dederàtque comam diffundere ventis.*
*Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes,*
*Ornatus Argivæ Helenæ. qualiſque videri*
*Cælicolis & quanta ſolet Venus aurea contrà,*
*Talis erat ſpecies, talem ſe læta ferebat*
*Ad ſoceros: ſoliòque altè ſubnixa reſedit.*

In his quoque verſibus non deſunt, quæ diſpliceant. ac primùm illud, *Intentos voluens oculos*, de rege Latino dictum lib. 7. de pudibunda virgine præter decorum dici videtur. Pudibundam quidem certè depingit illis verbis, quæ ſunt ex libro 12. de Lauinia, *cui plurimus ignem ſubiecit rubor*, &c. Parum placet & hemiſtichium hoc poſterius, verſus 11. *Venus aurea contrà*, quòd aduerbium contrà in eo ſit omninò ſupervacaneum. Sumptum eſt autem ex hoc loco, libri 10.

*Iupiter hæc paucis, at non Venus aurea contrà*
*Pauca refert.*

At verò in pleriſque eorum quæ ſequuntur, felicior fuit. Ac difficile certè eſt vbique invenire particulas, quæ ita verſum abſolvant, vt ſine vlla aduerſus metrum licentia ſermoni inſtituto aptè cohæreant: niſi aliqua interdum parodiæ libertas adhibeatur, id eſt, niſi ius parodiæ ſeu parodorum vſurpando, aliquid interdum immutetur. Qua tamen in re fuiſſe religioſior videtur Auſonius: quum alioqui eos, qui Homerocentra ſcripſerunt, id ſibi permiſiſſe, antea docuerim.

At de Probæ Falconiæ Centonibus quid dicemus? Ad argumentum quidem certè quod attinet, eſt quòd eius opus Auſoniano præferamus, imò verò hac in parte ne comparari quidem hoc cum illo debere fateamur: quum in hoc Auſonii opere Virgilianę Muſæ dignitas imminuatur, & plerique verſus ludibrio exponantur, (ita vt contumelia illos affici aliquis non immeritò queri poſſit, & tali abuſu deturpatos miſerans, ex eodem poëta exclamare, ---*quæ cauſa indigna ſerenos Fœdauit vultus?*) at in illo Probę Falconiæ tantùm abeſt, vt aliquid dignitati aut etiam maieſtati Muſæ illius decedat, vt contrà multum ad eam accedat: & ex auguſtis ſacri quodammodò verſus Virgilii reddantur, nedum, ſicut ab Auſonio, profanentur. quod quum dico, ad ipſa Muſarum ſacra reſpicio. Nullo, inquam, modo dignus eſt Auſonii labor qui cum mulieris huius labore, ad argumentum quod attinet, conferatur. Sed non pari ſucceſſu ſuum hæc tractaſſe à nonnullis fortaſſe judicabitur: ego exemplis allatis, ſuum cuiq. judicium relinquam. atq. eo lubentius hæc à me proferentur, quo plures fore puto, quibus hac in re gratificabor. Eò autem gratiora eſſe futura ſpero, quo ſunt rariora. Contingit enim huic opuſculo, quod pleriſque aliis, vt quanvis olim excuſum, à multis hoc tempore, ob exemplarium raritatem, pro novo haberi poſſit. Id certè in cauſa fuit cur exemplari horrendum in modum mendoſo vti, quum aliud non ſuppeteret, & in ſingulis penè verſibus ad ipſum Virgilium confugere neceſſe habuerim. &c.

## ✠ DXXVII.

AVSONIVS Gallus, vt videris, Virgilii gravitatem, modeſtiamq. in argumentum laſcivum & obſcœnum traduxit: at meliori conſilio D. Petrus Angelus Spera, Pomaricanus Prerbyter, Virgilii ethnicas fabulas juſſit in Orthodoxæ Religionis fundamenta tranſire: & ſicut olim Falconia, ſic etiam ipſe nunc, Patientem D. N. Ieſum-Chriſtum Virgilianis numeris modulatur. Opus doctum & pium in quatuor libros ſecuit, quos Neapoli anno 1647. edidit apud Savium, & Innocentio X. Pontifici ſummo dicavit: & in ipſamet Nuncupatione ſic inquit. *Virgilianam Muſam, Gratiarum altricem, atq. ſuaviſſimi carminis maieſtate multiplicem, & exaggeratam felici correptus æſtro ad acerbiſſimam Chriſti Soteris*

*ris mortem enarrandam compoſitis inter ſeſe de induſtriâ ſenſis accuratè traduxi, Centonemque formavi, quo non fabuloſa mendaciorum infamia, ſed cælitum gloria triumpharet. Non alius mihi canitur Æneas, quam noſtræ ſalutis vindex, qui infirmum & criminoſum hominem humeris ſuſtulit ſuis, vt ex æternitatis flamma ſoſpitem eriperet, in Calvariæ jugo Parnaſum, Heliconem in divini ſanguinis nactus ſum fonte, neq. aliam libuit laurum appetere, coronam affectare, quàm Crucem, & Chriſtum in ipſa confixum. Nimirùm illorum impudentiam ſtolide doctam ferre minime poſſum, qui nullam arbitrantur poeſim, quæ impuriſſimis Amorum luſibus abſtineat; & in venuſtum Apollinem crepant è Tripode, quem non expoliverit Venus. Ego autem, vt ab iſtorum grege procul abeſſem longe, Virgilium ex Ethnico Chriſtianum feci, quo ipſa ſomniantis Pindi deliria cederent in Magiſterium Pietatis.*

Ejuſdem argumenti & opus illud, quod inſcribitur, *Virgilii euangelizantis Chriſtiados libri 12. in quibus omnia, quæ de Domino Noſtro Ieſu-Chriſto in vtroque Teſtamento vel dicta, vel prædicta ſunt, altiſonâ Diuini Maronis tubâ ſuaviſſimè decantantur, Inſtante Alexandro Roſao Aberdonenſe.* Prodiit Londini in Angliâ ann. 1638. & alloquitur lectorem his verbis.

*Arma, Virumque Maro cecinit; nos acta, Deumq;*
*Cedant arma Viri, dum loquor acta Dei.*

Prodierint etiam alii ſimiles libri, vt opinor, nam Orbis literarius eſt magnus, & ingenia Virgilio-centonibus delectantur: at illos nondum vidi, & ideò debitâ laude celebrare non poſſum.

## CENTO III. VIRGILIANVS.

*Relaxatos bellorum & temporum iniuria aliquorum Religioſorum mores reprehendens.*

### DXX VIII.

HÆRESES ob oculos propoſuiſſe, impugnaſſe eſt; ait Hieronymus: & ego hac doctrinâ prȩventus, exiſtimo idem eſſe exorbitantias Religioſorum injuriâ belli & temporis relaxatorum recenſere, quod carpere. Hanc ob rem poſtquam audivimus Virgilium labore & induſtriâ Welleri divinam S. Benedicti vitam, & veterum Monachorum mores ſeveriſſimos diſſerentem; audiamus iterum eumdem Virgilium ingenio & induſtriâ Capilupi deformatos aliquorum locorum mores repræſentantem, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis lucere queant. Multa ſunt hodie reformatiſſima veterum & juniorum Ordinum, non ſolùm in Hiſpaniâ, Galliâ, Belgio, Italiâ; ſed etiam in ipſâ Germaniâ: at ante centum annos cum Marti nupſit Hæreſis, non item. Multi poſt Martinum Lutherum Religioſi aut Presbyteri, obſervantiæ regularis immemores, divitiis Eccleſiarum abuti, & genio indulgere cœperunt. Horum inſolentiam præſtringit Virgiliano Centone Capilupus, quem licèt poſt multos alios collocem, tantùm abeſt, vt laudem poſtremam ei tribuere velim, vt potiùs primâ dignum eſſe judicem, & de ipſo etiam Auſonio, ſi cum eo contendere velit, propemodùm auſurus ſum dicere, *Impar congreſſus Achilli.* Capilupi igitur Centonē ſubiiciamus.

*ILle ego qui quondam, quum Gallus amore periret,*
*Noctes atque dies cecini ſub tegmine fagi*
*Carminibus patriis leuium ſpectacula rerum,*
*Maius opus moueo. Non hìc te carmine ficto*
*Magnanime Ænea, nec te rationis egentem*
*Infelix Dido miſeri poſt fata Sichæi:*
*At fratres rerum dominos, gentèmque togatam,*
*Illuſtres animas & corda oblita laborum*
*Dicam equidem, fretus cithara fidibúſque canoris*
*Fatidicæ Mantus. non omnia poſſumus omnes.*
*O decus Italiæ, magnæ ſpes altera Romæ,*
*Cura Deum Hippolyte, proles pulcherrima bello,*
*Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis;*
*Tu mihi, ſeu magni ſuperas iam frigora Rheni,*
*Horridus in iaculis & pelle Libyſtidis vrſæ,*
*Arma inter regum, clypeòque inſigne paternum*
*Centum angues cinctâmq; geris ſerpentibus hydram,*
*Arduus inſurgens & grandia lilia quaſſans;*
*Siue Padi ripis auguſta ad mœnia regis,*
*Vnde genus ducis, Tyrio conſpectus in oſtro,*
*Inter ſacra deum patribus das iura vocatis:*
*Da facilem curſum, atque audacibus annue cœptis.*

Cætera apud Authorem ipſum videri poterunt, ego enim ſcommata non libenter tranſcribo.

Omnia hæc carmina (cæſa aut integra) ſumpta ſunt ex Virgilio: at loca non adnotavit Capilupus, vt Weller fecit, & jam Poetæ diligentiores faciunt; qui non ſolùm librum, ſed verſum etiam, numeris exprimunt, vt ſtatim candidus lector videre queat, vndè & quo carmen modo ſit extractum.

Interim, quia non tam Centones dare, quam artem illos conſuendi intendo, hunc accuratè recognoſcam: &, quæ notatione digna ſint, illuſtrabo. Igitur incipiam à prooœmio, videlicet ab illis verſibus,

At

*At fratres rerum dominos,gentemq. togatam ,*
*Illuſtres animas , & corda oblita laborum*
*Dicam equidem.*

In primo verſu Henricus Stephanus aſſerit parodiam committi: & authorem excuſat, *Cùm in huiuſmodi quoque centonibus*( verba eius ſunt) *vt neceſſaria , ita etiam conceſſa ſit aliquando parodica immutatio . Cùm igitur ſcripſiſſet Virgilius Æneidis lib.*1. Romanos rerum dominos , gentemque togatam , *eleganter & appoſitè illud* Romanos *mutavit in* fratres : *quæ vulgaris eſt Monachorum appellatio , & quamdam* ἀφέλειαν *habet .* At pace Henrici hîc parodia à Capilupo non committitur , ſed illud carmen è duobus locis diſtantiſſimis ſumptum, ſic conſui debet :

*At fratres* rerum dominos , gentemq. togatam.*

Ita vt prior pars exciſa ſit à verſu 277. libri 12. vbi ait Virgilius ,

*At fratres animoſa phalanx , accenſaque luctu*
*Pars gladios ſtringũt manibus,pars miſſile ferrũ.*

Et poſterior à verſu 789. libri 6. quem dedi.

Secundus verſus è duobus hemiſtichiis conſutus eſt . libro enim 6. inquit Virgilius.

*Illuſtres animas noſtrũq.in nomen(lumen)ituras.*

Et libro 4.

*--ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti*
*Lenibat curas , & corda oblita laborum .*

Quod autem ad prius hemiſtichium attinet, multa à Capilupo in toto hoc ſatyrico ſcripto ironicè vſurpari , animaduertendum eſt .

Ad totum Poema elimaveram Notas , ſed ſiquidem illud nolui huc ponere , Notas eſſe ſuperfluas judicans,illas etiam expungo .

---

## CENTO IV. VIRGILIANVS.

*Vitam , geſta , & miracula Sancti Benedicti comprehendens .*

### DXXIX.

COMPELLIT me eruditio & devotio , vt alium Centonem eruditum huc referam , laudemq. P. Balthaſarum Weller , Monaſterii Sancti Dionyſii in Bantz Franciæ Orientalis,Ordinis S. Benedicti Religioſum : magno enim temporis impendio & labore præcipua,quæ S. Gregorius recenſet , expreſſit Virgilianis carminibus, addens nonnihil ſplendoris inventioni Falconiæ & veterum imitationi ; dedit enim carmina Virgiliana ( cæſa aut integra ) & loca, vndè ſingula excerpta in margine diligenter expreſſit : quod nec in Latinis Falconia, nec in Græcis Eudoxia , nec olim alius , quem ſciam , fecerat . Liber hic non eſt rarus ; eſt enim editus Bambergæ apud Auguſtinum Crineſium, & ideò Authorem nominaſſe ſufficiat, quem ſi comparet lector, Flaviſſas pias & eloquentes lucrabitur .

---

## CENTO V. VIRGILIANVS.

*Statuas & elegantias Arundelianas commendans.*

### DXXX.

INTER paucos , qui hoc genere carminum delectantur , floret hodie D. Lucas Lancelottus Antuerpienſis,I. V. Doctor, qui omnia Virgilii opera tam præſenti memoria retinet,(narro,quæ vidi) vt cum omnium admiratione, quæcumq. folia jubeas , recitet , quin vel verbo labatur. Hic aliquos Centones Maronianos edidit,& adoptivorum carminum ceſuras accuratè diſtinxit, & numeris vtrinq. appoſitis locos ipſos notavit , vnde hemiſtichia ſunt exciſa . Hic artem & modum promôvit: illumque , vt admireris,& etiam imiteris produco.

Cento ille dedicabatur *Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Heroi ac Dom.D.Thomæ Houuard, Houuardæ familiæ primo, Arundelliæ & Suriæ Comiti, Maximo Britanniæ Mariſcallo*, &c. fuit impreſſus Antuerpiæ anno 1643. & quia mihi ſummoperè placuit , illum ſubiicio .

Verſum ſextum & ſeptimum,videlicet,

*Numina magna Deûm,*tum fatis debitus Arundelius inſpirat , * ò vos clariſſima Mundi Lumina.*

laudavi & commendavi ſuperiùs:verſus profectò , quos omnes viri eruditi admirentur : & quidem,me judice, ſi in toto hoc poëmate alii non eſſent , adhuc integra maneret D. Lancelottum gloria,qui tam ingenioſè & audacter ſcivit quærere , & tam feliciter invenire

nire in Virgilio Comitem *Arundelium*. Tu (lector candide) verſus ſingulos attentè lege, vt judices, an violenta connexio ſit, an non potiùs tam elegans & connaturalis, vt voces natæ hic potiùs, quàm aliundè exciſæ, & conſutæ hic, aut vt Auſonius loquitur, concinnatæ, videantur?

| | | |
|---|---|---|
| *Æn.* 8. 36. | O SATE gente Deûm, *debellatorque ferarum. | *Aen.* 7. 651. |
| *Æn.* 9. 230. | Caſtrorum & campi * ſi quando ad prælia ventum eſt, | *Geor.* 3. 98. |
| *Æn.* 11. 616. | Fulminis in morem, * magnique ipſe agminis inſtar. | *Aen.* 7. 707. |
| *Ecl.* 4. 11. | Teque adeò decus hoc ævi,*ſanctiſſima conjux, | *Aen.* 11. 158. |
| *Geor.* 3. 522. | Purior electro,*magnam cui mentem animumque | *Aen.* 6. 11. |
| *Æn.* 2. 623. | Numina magna Deûm,*tum fatis debitus ARVN- | *Aen.* 11. 759. |
| *Aen.* 6. 12. | DELIVS inſpirat.*Vos ò clariſſima mundi | *Geor.* 1. 5. |
| *Geor.* 1. 6. | Lumina,*jam totum famâ vulgata per orbem. | *Aen.* 1. 462. |
| *Geor.* 1. 5. | Hìnc canere incipiam,*ſi quid mea carmina poſſunt. | *Aen.* 9. 446. |
| *Aen.* 9. 525. | Vos, ò Calliope, precor,*& Deus auctor Apollo, | *Aen.* 8. 336. |
| *Aen.* 3. 529. | Ferte viam vento facilem,*adſpirate canenti. | *Aen.* 9. 525. |
| *Geor.* 2. 42. | Non ego cuncta meis*veterum decora alta parentum, | *Aen.* 2. 448. |
| *Aen.* 1. 571. | Virtuteſque, viroſque*amplecti verſibus opto. | *Geor.* 2. 42. |
| *Geor.* 4. 132. | Regum æquabat opes.*genus armipotentis Achilli | *Aen.* 6. 840. |
| *Aen.* 12. 888. | Ingens, arboreum*pariter pietate vel armis. | *Aen.* 6. 769. |
| *Aen.* 10. 139. | Te quoque magnanimæ,*repetentem exempla tuorum, | *Aen.* 12. 439. |
| *Aen.* 10. 463. | Victoremque ferant*victæ longo ordine gentes; | *Aen.* 8. 722. |
| *Aen.* 8. 516. | Militiam, & grave Martis opus,*tuaque optima facta, | *Aen.* 10. 791. |
| *Aen.* 6. 848. | Excudens alii,*pugnataque in ordine bella | *Aen.* 8. 629. |
| *Aen.* 6. 851. | Deſcribent*Vates, & Phœbo digna locuti. | *Aen.* 6. 662. |
| *Aen.* 2. 101. | Sed quid ego hæc autem,*dulces ante omnia Muſæ? | *Geor.* 2. 475. |
| *Aen.* 6. 625. | Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum, | *Aen.* 6. 625. |
| *Aen.* 6. 759. | Expediam dictis,*vt duros mille labores, | *Aen.* 8. 291. |
| *Aen.* 6. 127. | Noctes atq. dies*media inter prælia belli | *Aen.* 11. 541. |
| *Aen.* 8. 293. | Pertulerit,*primâ repetens ab origine famam. | *Geor.* 4. 286. |
| *Aen.* 6. 792. | Hic vir, hic eſt*magnorum haud vnquam indignus avorum | *Aen.* 12. 649. |
| *Aen.* 1. 526. | Maximus Illioneus,*vnum Tritonia Pallas | *Aen.* 5. 704. |
| *Aen.* 5. 705. | Quem docuit, multaque inſignem reddidit arte, | *Aen.* 5. 705. |
| *Aen.* 7. 235. | Sive fide, ſeu quis bello eſt expertus & armis, | *Aen.* 7. 235. |
| *Aen.* 8. 683. | Arduus agmen agens*ſeu cùm pedes iret in hoſtem, | *Aen.* 6. 881. |
| *Aen.* 6. 882. | Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos | *Aen.* 6. 882. |
| *Aen.* 12. 8. | Impavidus,*nulli veterum virtute ſecundus. | *Aen.* 11. 441. |
| *Aen.* 11. 36. | Vt verò*egregias idem disjecerit vrbes, | *Aen.* 8. 290. |
| *Geor.* 4. 132. | Regum*conſiliis habitus non futilis auctor, | *Aen.* 11. 339. |
| *Aen.* 6. 813. | Miſſus in Imperium*dextræ conjungere dextram | *Aen.* 8. 164. |
| *Geor.* 3. 47. | Cœſaris,*& notas audire & reddere voces, | *Aen.* 6. 689. |
| *Aen.* 4. 464. | Multaque prættereà*divini ſigna decoris | *Aen.* 5. 647. |
| *Geor.* 4. 148. | Prætereo, atq. aliis pôſt commemoranda relinquo. | *Geor.* 4. 148. |
| *Aen.* 3. 602. | Hoc ſat erit,*ò famâ ingens, ingentior armis: | *Aen.* 11. 124. |
| *Aen.* 11. 410. | Nunc ad te, & tua, Magne Pater,*ſpectacula rerum | *Geor.* 4. 3. |
| *Aen.* 6. 240. | Tendere iter,*liceat totum mihi ferre per orbem | *Ecl.* 8. 9. |
| *Aen.* 8. 377. | Artis opiſque tuæ*magnum & memorabile nomen: | *Aen.* 4. 94. |
| *Ecl.* 1. 32. | Nanque (fatebor enim)*tua terris didita fama | *Aen.* 8. 132. |
| *Aen.* 5. 603. | Hac celebrata tenus,*tantum mihi creſcit in horas, | *Ecl.* 10. 73. |
| *Ecl.* 10. 74. | Quantum vere novo viridis ſe ſubjicit alnus. | *Ecl.* 10. 74. |
| *Aen.* 4. 569. | Eja agè rumpe moras, (*fugit irreparabile tempus) | *Geor.* 3. 284. |
| *Aen.* 8. 500. | Flos veterum virtuſque virûm,*ſecludite curas, | *Aen.* 1. 567. |
| *Aen.* 6. 663. | Inventas aut qui vitam excoluere per artes: | *Aen.* 6. 663. |
| *Aen.* 11. 739. | Hic amor, hoc ſtudium,*quo non præſentius vllum. | *Geor.* 2. 127. |
| *Geor.* 1. 251. | Illic ſera RVBENS*intentis omnibus vnus, | *Aen.* 3. 716. |

At-

| | | |
|---|---|---|
| Æn. 7. 814. | Attonitis inhians animis,*veſtigia preſſit: | Aen. 6. 331. |
| Æn. 6. 595. | Nec non & TITIAN,*quo non præſtantior alter, | Aen. 6. 164. |
| Æn. 12. 220. | Suppliciter venerans,*dicit ſe judice victum. | Ecl. 4. 59. |
| Æn. 6. 487. | Neç vidiſſe ſemel ſatis eſt,juvat vſque morari: | Aen. 6. 487. |
| Aen. 1. 718. | Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo. | Aen. 1. 718. |
| Aen. 8. 483. | Quid memorem*veterum effigies ex ordine avorum, | Aen. 7. 177. |
| Aen. 1. 460. | Artificumque manus inter ſe,operumque laborem ? | Aen. 1. 460. |
| Aen. 3. 464. | Dona dehinc auro gravia,ſectoque elephanto, | Aen. 3. 464. |
| Aen. 5. 267. | Cymbiaque argento perfecta,atque aſpera ſignis ? | Aen. 5. 267. |
| Aen. 1. 379. | Antè diem clauſo componet veſper olympo. | Aen. 1. 379. |
| Aen. 1. 597. | Quale manus addunt ebori decus*arte magiſtrâ ! | Aen. 12. 427. |
| Aen. 10. 134. | Qualis gemma micat,fulvum quæ dividit aurum ! | Aen. 10. 134. |
| Aen. 1. 598. | Argentum Pariuſve lapis circumdatur auro ! | Aen. 1. 598. |
| Aen. 7. 177. | Quin etiam veterum effigies*excudit achates. | Aen. 1. 178. |
| Geor. 4. 4. | Magnanimoſque duces,*dum fata Deûſque ſinebant: | Aen. 4. 651. |
| Ecl. 6. 27. | Tum verò in numerum Faunoſque feraſq.videres, | Ecl. 6. 27. |
| Geor. 2. 494. | Panaque,Sylvanumq.ſenem,Nymphaſque ſorores, | Geor. 2. 494. |
| Ecl. 5. 73. | Saltantes Satyros,*atque inter pocula læti, | Geor. 2. 383. |
| Aen. 5. 588. | Vt quondam*in pratis vnctos ſalierе per vtres. | Geor. 2. 384. |
| Aen. 10. 527. | Cælati argenti,*cælo capita alta ferentes | Aen. 3. 678. |
| Aen. 1. 286. | Romanos rerum dominos,*ſuaq.omnibus arma | Aen. 9. 273. |
| Geor. 2. 117. | Fert ebenum,*jamq.elati ſublimè videntur | Geor. 3. 108. |
| Aen. 7. 285. | Sublimes in equis,*hîc Cæſar,& omnis Iüli | Aen. 6. 790. |
| Aen. 6. 791. | Progenies*ibant evincti tempora tænîs, | Aen. 5. 269. |
| Aen. 6. 683. | Fataque fortunaſq.virûm*mirantibus addit. | Aen. 6. 855. |
| Aen. 3. 148. | Effigies ſacræ Divûm,*ſpirantia ſigna, | Geor. 3. 34. |
| Aen. 1. 659. | Maxima gnatarum*media inter numina Divûm, | Aen. 4. 204. |
| Aen. 12. 178. | Et Pater omnipotens*hominum rerumq.repertor; | Aen. 12. 829. |
| Aen. 8. 646. | Nec non*agreſtûm præſentia numina, Fauni, | Geor. 1. 10. |
| Geor. 1. 7. | Liber,& alma Ceres,*Ianique bifrontis imago, | Aen. 7. 180. |
| Aen. 7. 180. | Saturnuſque ſenex,*ſervans ſub imagine falcem, | Aen. 7. 179. |
| Aen. 6. 307. | Magnanimûm Heroum*ſimulacraq.luce carentûm | Geor. 4. 472. |
| Aen. 1. 122. | Apparent,*nequeunt expleri corda tuendo: | Aen. 8. 265. |
| Ecl. 1. 12. | Vſque adeò*vivos ducunt de marmore vultus. | Aen. 6. 849. |
| Aen. 11. 410. | Nunc ad te*fandi doctiſſima Cymodocea, | Aen. 10. 225. |
| Aen. 6. 28. | Magnum Reginæ,*magnum Iovis incrementum, | Ecl. 4. 49. |
| Aen. 2. 757. | Me refero,*noſtroſque hujus meminiſſe minores, | Aen. 1. 738. |
| Aen. 7. 273. | Et reor,etſi quid veri mens augurat,opto. | Aen. 7. 273. |
| Ecl. 9. 39. | Huc ades,ô ALETHEA,*tuus jam regnat Apollo. | Ecl. 4. 10. |
| Geor. 1. 12. | Munera veſtra cano. *Quæ te tam læta tulerunt | Aen. 1. 610. |
| Aen. 1. 611. | Sæcula ? qui tanti talem genuere parentes ? | Aen. 1. 611. |
| Aen. 3. 321. | O felix vna ante alias*cæleſtis origo | Aen. 6. 730. |
| Aen. 4. 48. | Conjugio tali,*qualis Berecynthia mater, | Aen. 1. 785. |
| Geor. 2. 173. | Salve magna Parens,*magnum quæ ſparſa per orbem. | Aen. 1. 607. |
| Aen. 8. 138. | Vobis Mercurius*magno inflammatus amore, | Aen. 3. 330. |
| Aen. 11. 338. | Largus opum & linguâ,*ſua munera lætus Apollo | Aen. 12. 393. |
| Aen. 12. 394. | Augurium citharamque dabat,*Tritonia virgo | Aen. 11. 483. |
| Geor. 1. 416. | Ingenium,*quo non aliud velocius vllum: | Aen. 4. 174. |
| Aen. 5. 241. | Et Pater ipſe manu magnâ,*Iunone ſecundâ, | Aen. 4. 45. |
| Aen. 6. 64. | Dîque deæque omnes,*quæ cuique eſt copia,læti | Aen. 5. 100. |
| Aen. 5. 101. | Dona ferunt.*nobis tali ſit munere majus? | Ecl. 5. 55. |
| Geor. 1. 252. | Hinc tempeſtates dubio prædiſcere cælo | Geor. 1. 252. |
| Aen. 7. 335. | Tu potes,*hinc meſſiſque diem,tempuſque ſerendi, | Geor. 1. 253. |
| Geor. 4. 222. | Terraſque tractuſque maris,cælumque profundum, | Geor. 4. 222. |
| Aen. 6. 725. | Lucentemque globum Lunæ,*cælique meatus, | Aen. 6. 850. |
| Aen. 9. 21. | Palanteſque polo ſtellas,*Titaniaque aſtra, | Aen. 6. 725. |

Ar-

Æn. 1. 749. Arcturum,pluviaſque Hyadas,*Soliſque labores, Æn. 1. 747.
Geor. 1. 1. Quid faciat lætas ſegetes,*vnde imber & ignes, Æn. 1. 748.
Æn. 1. 748. Vnde hominum genus,& pecudes * vitæque volantûm. Æn. 6. 728.
Æn. 9. 446. Fortunati ambo,*dum ſpiritus hos reget artus, Æn. 4. 336.
Æn. 3. 493. Vivite felices,quibus eſt fortuna peracta, Æn. 3. 493.
Æn. 6. 745. Donec longa dies*animâ ſeduxerit artus; Æn. 4. 385.
Æn. 9. 248. Non tamen omnino*memori vos eximet ævo: Æn. 9. 447.
Ecl. 4. 15. Ille Deûm vitam accipiet*fortiſſimus Heros, Æn. 6. 169.
Æn. 7. 572. Nec minùs intereà,*totâ cum ſtirpe videbit Æn. 11. 394.
Ecl. 4. 16. Permiſtos Heroas,& ipſe videbitur illis: Ecl. 4. 16.
Æn. 6. 71. Te quoq. magna manent,*poſtquam te fata tulerunt, Ecl. 5. 34.
Æn. 12. 765. Præmia:*jam video medium diſcedere cœlum, Æn. 9. 20.
Æn. 2. 777. O dulcis conjux,*fatiſque ad ſidera tolli. Æn. 12. 795.

PLACVIT hîc adſcribere Objectiones nonnullas, quas contra Centones vidi interdum inſtitui, & non ſemper, vt deberent, diſſolvi. Sed quia D. Angelus Spera eſt vir ingenioſus & pius, prologum, quem ſuo Virgilio-centoni præfixit, legam, & ejus ſententiâ, aut etiam verbis liberè vtens, propoſitum argumentum expediam.

*Obiectio prima.*

SAncta ſāctè tractari debēt & pia piè. Olim igitur Proba Falconia, & Eudoxia, heri Petrus Angelus Spera, & quotquot ex ethnicorum ſcriptis tranſlatitio quodam labore cantarunt Chriſti hiſtoriam, ſunt piaculares. Eſt enim propudioſum ſcelus Homerum aut Virgilium, Poëtas ethnicos facere Dei morientis hiſtoricos.

Sic invidię contra pietatem, virtutemq. vociferari placuit. at alter Lactantius, & alii viri docti & ſinceri. Emanuël de Fariâ, in Aganippes ſuę prologo, quem *Advertencias* (inſcripſit) *Proba Falconia, y Eudoxia tienen muchas violencias en ſus Centones, y na die las obligò à eſcribirlos, y no por eſo dexan de ſer admiradas de todos los doctos por aquellos Poemas; tanto, que de la primera dice Lactancio, Firmiano, que no pudo obrarlo ſin particular aſſiſtencia del Eſpiritu ſoberano*. Et quidem, ſi ſpeciali Spirituſſancti aſſiſtentiâ ſuum Centonem concinnavit Falconia, ſancta ſcripſit & ſanctè. Mos enim olim Eccleſiæ fuit procurata nefariis ritibus deorum tēpla in veri Numinis trophæum evehere. Quàm multa pleriq. Sanctorum Patrum è ſuperſtitioſis veterum commentis excerpſere? Neminem pręterit, quod Iſraëlitico populo, ex Aegypti tādem latebris evaſuro, Deus imperavit, vt ſcilicet ab ipſis Aegyptiis vaſa argento, auroq. laborata raperent ad domeſticos vſus, neq. non ſacri ſervitii pompam; vt conteſtatum omnibus foret, honeſtiſſimum eſſe à veterum Philoſophorum, Poëtarumq. commentis Romanæ Religionis myſteria repetere, atq. ex aliorum tenebris Chriſtianæ Fidei lucem educere.

*Obiectio ſecunda.*

GLoriantur Centonū Authores, & putant ſe doctiſſimè loqui, cū dicūt, ſe Homerū, Virgiliū, Ciceronem, &c. Evangeliſtas poſſe reddere. Et quid eſt aliud hoc, quàm exponere Evangelium ludibrio. Quoniam, ſi conſequentia non eſt certior præmiſſis: & illa, quæ priùs vt dicta ab Spirituſancto credebantur, jam hodie in Homero-centone Eudoxiæ, vt dicta ab Homero creduntur, erunt æquè digna fide, ac Homeri omnia Opera, quæ fabulis ingenioſi; ſunt plena.

Reſpondeo Centonem non habere fidem, authoritatemq. ab Homero aut Virgilio, ſed charites, ſplendorem, & pompam. Piè igitur potuit Falconia deſudare, vt è Virgilio, Religioſo propè Vate, ac fabulis laſcivientibus temperanter amico, ad exprimendos Chriſti Soteris cruciatus, & necem dicendi ornatum acciperet, iiſdemq. verſibus Calvariæ vertex reſonaret, quibus jamdudum Pindus inſignitus ſuperbit.

*Obiectio tertia.*

CEnto, opus eſt abortivum, & vndè ſuffarcinatum: alienâ lanâ textum, & alienis plumis exornatum. Non ergo laude dignum.

Sic invidis videtur: at mihi magnificum, immò, vt ait Auctor quidam, miraculum videtur de poëtarum fictitiis rebus ea depromere, quæ divinitatis vera opera præſeferant. E' Troiæ labentis, & ardeſcentis incendio nō aliud Palladium, Eudoxia & Falconia olim; & nuper Petrus Angelus Spera, & alii viri docti eripuerunt, quā æternæ Sapientiæ Verbum.

bum. Age porrò, quænam humilitas in hoc Opere? Centonem faſtidis? at maximi ſemper pretii, & voluptatis apud homines fuere metamorphoſes. Dulcius ſapiunt poma, quæ nō natiuis arboribus, ſed alienis inſita matureſcunt. Quàm venuſtè oculis accidunt picturæ vermiculato emblemate, conciſiſque lapillis artificiosè coëuntibus concinnatæ? Corinthiis vaſis quantus eſt honor, quæ fluxili metallorum calamitate enata conſtituerunt caſu magiſtro? Quàm nobiles hortorum areolæ, vbi aliis atque aliis terrarum partibus adventicii flores renident? atque, vt reliqua ſileam, in cælo galariam, ſi ſapis, Centonem ſyderum aptè dixeris, Centonis Author, cùm Chriſti hiſtoriam exprimit, merum agit interpretem: & ſicut ex vnâ linguâ in aliam verſor, ſic ex oratione ſolutâ in ligatam, nihil addendo, quod alteret ſenſum, traducit. Vndè de ſuo Virgilio-centone Petrus Angelus, *Nihil hic occurret legendum, niſi quod in Euangeliis Sanctorum Patrum, & interpretum ſenſis, piiſq. aliorum cōmentationibus excogitatum, vel revelatum Romanæ cortinæ comprobarunt. Quod ſi Chriſtianam Fidem dedecere nonnulla videbuntur Poetarum more vſurpata, ea libens cenſuræ ſubmitto, & irrita, indicta volo. Chriſtianus ſum, Sacerdos ſum. Aliquando Pilatus iniquiſſimus Iudex, & peſſimus mercator Iudas, quique in ipſum intraverat Satanas, verba facient, &* ſortem, fortunam, & fata *ſuis inſerent dictis. Semel ab Auguſtiſſima Virgine illud Euandri vſurpatur, occiſo per Turnum Pallante filio:* Cōtrà ego vivendo viſi mea fata, ſuperſtes Teſtarem vt Genitrix: *ubi id ſpectatur, quod naturæ genio congruum eſt, nempe, vt parentibus filii ſupervivant; alias nil, præter verba, &* dicta denotabunt.

*Obiectio quarta.*

SI Eudoxiæ, ſi Falconiæ, ſi iuniorū Centones accuratè excutiamus, percipiemus clariſſimè, quòd interdū Poeta (Homerus, aut Virgilius) noſtro loquitur ſenſu, ſuis ipſe tamen loquitur verbis: quæ, ſive dubia, ſive oppoſitum, ſive aliud diverſum ſignificantia, illa ſunt merito præintelligenda, quam nos affinximus, Pierio etiam quandoq. conſulto. Quæ ergo aut gratia, aut ſinceritas laudari poterit in poëmate, in quo verba ponuntur Homeri quidem, aut Virgilii, ſed alio omninò ſenſu, quàm leguntur in fontibus.

Reſpondeo ipſammet tranſlationem, & ſenſuum mutationem charitibus exuberare: nā in emblematitibus, & hieroglyphicis quotidiè obtinet, vt alicujus Poëtæ veteris hemiſtichium in ſenſum diverſum trahatur.

*Obiectio quinta.*

B*Onorū ingeniorum inſignis eſt indoles in rebus verum amare, non verba.* ait Aug. *lib. 4. cap. 12. de doctrinâ Chriſt.* Ergo, ſi verum habemus in Evangelio, cur vt habeamus verba in Homeri, aut Virgilii lectione fatigabimur.

Si aliquid probat hæc Objectio, magnam partem Grammaticæ, totam Metricam, totam Rhythmicam, & totam Rhetoricam auferet. De verbis agunt iſtæ ſcientiæ; & tamen de illis omnibus Auguſtinus ſcripſit, & vltimam Mediolani, ſedente Ambroſio, ſtipendio publico profeſſus eſt.

Reſpondeo igitur, non condemnare Auguſtinum illos, qui illæsâ veritate verba ſeligunt, vt eloquentiùs rem enarrent, ſed illos, qui malunt eloquentia referre, quàm vera: oportet enim verbis, & eloquentiæ aliquando deeſſe, ne ſenſui, & veracitati deſimus.

## CENTO VI. VIRGILIANVS.

## DXXXI.

EST Deus (Lector erudítiſſime) *α καὶ ω. Principium ſine principio, Finis ſine fine*. Ergo, qui à divinis laudibus exordium ſumpſimus, vt doctrinam de conficiendis Centonibus traderemus, Centonibus gloriam Dei dilucidantibus hunc Tractatum claudamus.

Si concinnare ex Patribus Centones divinos placeret, multa reperiremus curioſa carmina, quæ fracta, aut integra, poſſent argumento ſervire. S. Gregorius Nazianzenus *lib. de Principio, carm.* 1. de Dei Aſeitate, Vnitate, Æternitate, Immenſitate, & aliis attributis luculenter ſcripſit. Illa Iacobus Billius ex Græco in Latinum convertit. Pauca ſubjicio.

*Vnicus omninò Deus eſt; ab origine nullâ;*
*Cauſæq. ignarus; eum circumſcribere quidquam,*
*Quod queat, haud vnquam fuit, aut quandoq. futurum eſt:*
*Ævum ipſe amplectens immenſo robore:* &c.

Deorum pluralitatem impugnat Aurelius Prudentius contra Symmachum. [Introducitur Deus redarguens ethnicum.]

*Tu me præterito meditaris Numina mille,*
*Et non vis parêre meis virtutibus: at me*
*Per varias partes minuis, cui nulla recidi*
*Pars, aut forma pōt, quia sū ſubſtantia ſimplex,*

*Nec*

*Nec pars eſſe queo.Solis diviſio rebus,*
*Compoſitis factiſq.ſubeſt:me nemo creavit,*
*Vt ſcindi valeam,cunctorum conditor vnus.*
*Crede,quod ex nihilo formavi, pars mea nō eſt.*
*Quare age Mortalis:ſoli mihi conſtrue templū,*
*Meq.vnum venerare Deum.* &c.

Alia attributa ab aliis expreſſa reperies.Sed & Poëtæ Græci,& Latini ſumma eloquentia, & vbertate de divina perfectione tractarunt. Multa apud Homerum, Phocylidem, Pittacum,Heſiodum,&c.multa apud Virgil.Ovidium, Horatium, Senecam, Martialem, Silium,Statium,Manlium, Lucanum, &c.optimè cogitata,& dilucidata reperio. Ex omnibus, ex ſingulis Centones conformare poſſem,ſed brevitati ſtudens,Virgilii verbis vniverſos fideles ad laudandum Dei clementiam invito.[Vide Sixtum Senenſem *lib.3.ſuæ Bibliothecæ.*]

Æn. 6. QVÆ terras tractuſq.maris*longo ordine gentes Æn. 8.
Æn. 6. Incolitis*variæ linguis habituq.*per orbem, Æn. 8.
Geor. 1. Quà redit à nobis aurora diemq.reducit,
Geor. 1. Et quà ſera rubens accendit lumina veſper,
Æn. 8. Communem celebrate Deum*pæana canentes. Æn. 6.
Æn. 6. Magnanimi Heroes*pueri innuptæq.puellæ, Æn. 6.
Æn. 6. Matres atq.viri*tantarum in munere laudum. Æn. 8.
Ecl. 4. Ipſi lætitiæ voces ad ſydera ferte:
Ecl. 4. Quod nova progenies cœlo deſcendit ab alto,
Æn. 8. Attulit & nobis*longo poſt tempore tandem
Æn. 8. Auxilium adventumq.Dei,cùm fœmina primum
Æn. 1. Virginis os,habitumq.gerens*mirabile dictu Aen. 2.
Æn. 2. Nec generis noſtri puerum nec ſanguinis edit,
Æn. 10. Naſcentem puerum*cœli cui ſydera parent. Aen. 10.

SEcundus verſus è tribus Virgilii locis deſumptus eſt,quòd rarò faciūt,qui Centones ſcribunt.Illud hemiſtichium,*Communē celebrate Deum*,nos monet,eſſe plurimos, qui cū ſua tantùm agunt,& vniverſa aliena aut contemnunt, aut negligunt, Deum vellent non eſſe communem,ſed privatum.

Verſus antepenultimus ita debet accipi,vt metaphoricum ſenſum non reddat;nam Deipara, etiam poſt partum, realiter & verè Virgo fuit.

CVM agunt de Deo,Chriſtoque,non omnes exactè loquuntur:qui Chriſtum introducunt cum Adamo loquentem;& etiam, Crucifixo dicunt, *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me totum in circuitu.* niſi multis è metaphoris juvent, valdè impropriè loquuntur, et ſuam ignorantiam oſtendunt. Cùm agunt de deſcenſu ad inferos, non videntur rigorem dictionis curare:licèt enim,ſi qui rigoroſè velimus,Anima hominis non ſit homo, et Anima Chriſti non ſit Chriſtus; nihilominus ratione hypoſtaſeos ad idiomatum communicationem aliquando recurritur,et corpus jacens in ſepulchro,ſicut et anima deſcendens ad inferos, Chriſtus vocatur: vnde Auguſtinus *ferm.* 120.*de tempore*. venit intelligendus;inquit enim,*Deus impaſſibilis patitur: & in carne noſtrâ mortali moritur*,ac *ſepelitur* I*mmortalis Dei filius*. Vt ergo hoc ipſum meliùs,et clariùs innoteſcat: addatur.

## CENTO VII. VIRGILIANVS.

### DXXXII.

CHRISTI anima ſeparata à corpore deſcendit ad inferos. deſcendit, inquam,non ſolùm virtute & potentiâ, ſed etiam realitate & ſubſtantiâ. Corpus exanime manſit in Cruce: inde deponitur,& in ſepulchrum effertur. Quid Patrum animæ Animâ Chriſti viſâ dixerint?quid viſo corpore? multi Theologi diſcurſibus eruditiſſimis dilucidarunt. Nos ex Marone nonnullis hemiſtichiis exciſis, verſus ſequentes concinnavimus.

*Aen.* 2. 1. COnticuêre omnes intentiq. ora tenebant,
6. 305. Matres atq.viri,defunctaq.corpora vitâ
306. Magnanimûm Heroum,pueri innuptæq.puellæ,
307. Impoſitiq.rogis iuvenes ante ora parentum.
428. Quos dulcis vitæ exſortes & ab vbere raptos
429. Abſtulit atra dies,& funere merſit acerbo.
490. Vt videre virum fulgentiaq.arma per vmbras
491. Ingenti trepidare metu,ſecreta frequentant,
478. Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt,juuat vſq. morari. 6.478. *Aeneid.*
634. Corripiunt ſpacium medium,foribuſq.propinquant,
635. Occupat *hîc Pietas* aditum,*
452. Vt primum iuxta ſtetit,agnovitq.per vmbram
453. Obſcuram qualem primo,qui ſurgere menſe,
454. Aut videt,aut vidiſſe putat per nubila lunam,
455. Dimittit lachrymas,& dulci affatur amore.
186. Aſpicit ( *heu!* ) *Chriſtum* * laniatum corpore toto, 6.494.
208. Talis erat ſpecies.*lacerum crudeliter ora, 495.
496. Ora,manuſq.ambas,populataq.tempora*cernens. 482.
458. Funeris ( heu ! ) tibi cauſa fui , per ſydera iuro ! *Aeneid.*
465. Siſte gradum,teq.aſpectu ne ſubtrahe noſtro.

Præter primum verſum , qui ex lib. 2. Æneidis deſumptus eſt , omnia cætera ad librum 6. pertinent, & nos monent poſſe fieri Centones ex omnibus libris Virgilii:poſſe & fieri ex vnico,ſi Poëtæ placeat.

Vides hîc ternos , & quaternos verſus ſimul poni,& Authorē condēnas,quod ſequi noluerit leges latas ab Auſonio Gallo agente de Anametris.Et Author doceri deſiderat, quo ille iure tulerit tales leges: interim diffiteri non vult pulchriora ſibi ea videri carmina, quæ ex duabus partibus , & in Virgilii libris diſtantibus cooptantur, quàm cùm integra,aut bina,aut terna reponuntur. Cæterùm,ſi Cento talis ſit, qui carminibus ſingulis & integris conſuatur,non carebit gratiâ,& erit omnibus aliis difficilior.Sit loco exempli.

## CENTO VIII.CORIPPIANVS.

*In Coronatione Ferdinandi IV. Auguſti Romanorum Regis .*

§ DXXXIII.

OBTINVIT , vt Centones Latini non niſi ex carminibus Virgilii:& Græci non niſi ex carminibus Homeri conformarentur.Obtinuit,vt cæderētur verſus,& vtrúq. poſſe non obſervari demonſtrat hic *Corippo-cento* ex Corippi Africani,Poëtæ doctiſſimi,carminibus conſolidatū: in quo nec auditur Virgilius , nec frangitur aliquis verſus.Tu artificium conſidera.

| | *Libr.* | ſ. |
|---|---|---|
| IMperii culmen,rerum non motibus vllis | 1. | 1. |
| Ipſe coronatus ſolium conſcendit avitum: | 2. | 6. |
| Imperat admitti.Miratur Barbara pubes, | 3. | 7. |
| Cæteraq.egregiæ ſpectat miracula pompæ: | 3. | 7. |
| Ante oculos geniti genitor dulciſſimus omni | 3. | 3. |
| Vidit per noſtros humiles fauſtoſq.triumphos | 3. | 7. |
| Tempore.Semper erit,ſemperq.in corde manebit: | 3. | 3. |
| Quiſque ſuas menſuret opes vireſq.ſuorum. | 3. | 7. |

Sicut Græcos, Latinoſque,ſic etiam poſſent Poëtę Hiſpanicos,Italicos,Gallicos,Germanicos . &c. ex optimis Authoribus Centones conformare. Cur nova exempla adjungerem?Doctrinam tradidi omni linguæ communē,nulli illigatam linguæ,quâ vti poſſit lector ingenioſus & doctus , vt in quocumque idiomate Centones eruditos ſarciat .

*Dubium*

### *Dubium incidens.*

### *An Centones fieri poſſint oratione ſoluta?*

### DXXXIV.

RATIONEM dubitandi non video: &, ſi aliquis ſolum carmē è cētonibus poſſe fieri crediderit, jubebitur Mellifluum Doctorē interlegere, cujus divina Opera nihil ſunt aliud, quàm cōtinuus quidam Biblio-cento. Illum ſum imitatus Salmanticæ, anno 1631. nam ipſis Kalendis Martiis, Cuſtodi Angelo ſacris, poſitiones ſequentes propugnavi.

## BIBLIO-CENTO,
### *Theologicus, de Angelis.*

His ſensū Theſibus, tibi, Cuſtos Angele, ſacris
Angelicus Doctor; Biblia verba dabunt.

### *Prima, de natura Angelorum.*

DEUS (ſimul tempore) *a* vtranq. de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem, & corpoream, Angelicam videlicèt, & mundanam; deindè humanam, quaſi communem ex ſpiritu, & corpore conſtitutam. *b* Hanc quidem minuit paulò minus ab Angelis, licèt gloria, & honore coronaverit, & conſtituerit ſuper opera manuum ſuarum. *c* Fecit enim Angelos ſuos ſpiritus ſimpliciter *d* ſine corporibus, *e* omnes adminiſtratorios, & in hæreditatem miſſos. Singuli Angeli *f* non habent materias ſingulas *g* ſecundùm eandem formam, *h* cùm in forma Dei propriùs, quam nos ſint, *i* incompoſiti ſunt, *K* habentq. formam ſcientiæ *l* in eam formam doctrinæ transformati, qua *m* ſpecioſi formis (hoc eſt ſpeciebus) præ filiis hominum, *n* & Spiritus intelligentię, & ſcientiæ, vel potiùs *o* Soles intelligentiæ nominantur. *p* Illorum ſanè numerus, quaſi infinitus eſt, & diffinitus exprimitur, vt qui Deo numerabilis eſt, hominibus innumerabilis eſſe demonſtretur. *q* Inventus eſt omnis illorum numerus *r* pluſquam duodecim legiones Angelorum, ſiquidem millia millium miniſtrāt ti, & decies centena millia adſiſtunt ipſi.

a *Conc. Lat. rel. in c.* Firmiter. b *Pſ.* 8.6. c *Pſ.* 130. d *Gen.* 47.28. e *Ad Hæbr.* 1. f 4. *Reg.* 6.2. g 1. *Machab.* 12.2. i *Rom.* 1.32. K *Rom.* 2.20. l *Rom.* 6.17. m *Pſ.* 44.3. n *Iob* 12.13. & 22.3. & 32.8. *Sap.* 7.22. *Eccl.* 39.8. o *Sap.* 5.6. p *Greg.* 17. *moral. c.* 9. q 1. *Paral.* 21.5. *Matth.* 26. r *Dan.* 7.

### *Secunda, de Hierarchiis.*

NUmerus *a* Principum cœleſtium ſeptenarius eſt. Hi ſunt *b* ſeptem Angeli adſtantes in conſpectu Dei, *c* & in conſpectu Throni ejus, *d* qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram. *e* Ipſi ſunt Micha-el, Gabri-el, Oriphi-el, Zachari-el, Ana-el, Sama-el, quibus iunge Azariam, Ananiæ Magni (hoc eſt DIVINI DEI) filium, qui aliàs & Rapha-el dicitur, *f* & eſt Angelus vnus de ſeptem Principibus, qui adſtant ante Dominū. Hi ſunt *g* Cœli, *h* qui enarrant gloriam Dei, qui facti ſunt in intellectu, hoc eſt intellectuales, & *i* ſtabiliti prudentia. *K* Eæ ſunt Intelligentiæ, *l* Cœlorumq. virtutes, *m* quæ movent Cœlum pariter *n* circundantes terram contra Orientem, *o* duo luminaria magna, & ſtellas, *p* vt luceant ſuper terram in firmamento Cœli, *q* & ſint in ſigna, & tempora, dies, ac annos, *r* vt præſint diei, ac nocti, & dividant lucem, ac tenebras. *ſ* Angelorum Hierarchiæ ſunt tres, Chori ſeu Ordines ſunt novem, ſcilicèt Seraphimi, Cherubimi, Throni, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Archangeli, & Angeli. *t* Omnes in varias ſpecies (cùm ſint *u* ſpecies Cęli in viſione glorię, & *x* ſpecies in ornamentum domus Domini) diſtribuantur, neceſſe eſt. *y* In illis plurimæ ſpecies ſunt, nec duo Angeli eiuſdem ſpeciei poſſunt, etiam de tranſnaturali, abſolutaque Dei omnipotentia reperiri.

a 2. *Paral.* 26.12. b *Apoc. c.* 1. & 8. & 15. & 16. & 17. c *ibid. c.* 1. d *ibid. c.* 5. e *Rabb. Moyſ. in Qabala, & ipſa Qabala in Berexith. Rabb. c.* 2. *in illud*, vechol-xabaothem. *Bernard. ſup.* Miſſus eſt. & *alii.* f *Tob. c.* 5.18. g *Pagninus in indic. Biblioth.* h *ibid. c.* 12. i *Pſal.* 135.5. K *Prou* 3.19. l *Pſ.* 18.1. m *Præfat. Miſſæ.* n *Agg.* 2.22. o *Ioſue* 16.6. p *Gen.* 1.16. q *ibid.* 1.15. & 17. r 1. 14. ſ 1.18. t *Epheſ.* 1.21. *Coloſs.* 1.16. *Præf. Miſsæ.* v. *Leu.* 34-56. u *Eccl.* 43.10. x *ibid.* 26.21. y *Ezech.* 47.10.

### *Tertia, de incorruptibilitate.*

BReves *a* dies hominis ſunt, & numerus menſium eius apud Deum eſt, qui conſtituit

ſtituit terminos eius, qui præteriri non poterunt. *b* Angeli verò cùm ſolius mentis ſint compotes,vitam per ſe,eſſentiamq. ſuam habent,eamque ab interitu liberam,nullatenus mori untur, neq. corrumpuntur, iuxta quod ſenſibilia defluunt,atq.pertranſeunt,ſed gratiam eis Deus largitus eſt à corruptione eos, & à morte coërcentem : ſic hominum animi permanent incorrupti,ſic Angeli immortales perſeverant,non naturam re vera, propriève immortalem habentes eſſentiam,ſed gratiam à Deo ſortiti ſunt,*c* quę immortalitatem largitur,& incorruptibilitatem eis providet.Sed hæc Angelorum, & animorum rationalium incorruptibilitas cum Divina, vt plurimum convenit æquivocè,*d* & hæc ſicut & alia,quę à Deo derivantur,& naturis pręcipuè inſunt, reſpectu Creatoris nihil ſunt, & ſicut ignis combuſtivus quidem eſt, ſed non Deo; ſic & Angelus, & rationalis Animus, immortalis quidem eſt ſibi, mortalis tamen ſi cum Dei immortalitate,& omnipotentia comparetur. Cum tamen careant corpore, ſine corruptione ſpiritualitatis artificiosè in illo actiones vitæ,ſed non vitaliter moliuntur,*e* probis,ac virtute præſtantibus hominibus, non quales ſunt,apparent, ſed aliam,atq.aliam formam, prout videri ab hominibus poſſint, ſibi adſumunt, qua non ſenſum fallunt, ſed obiecta phantaſtica proponunt.

a *Iob.*14.5.b *Dion.*4.*c.de diu nom.Baſ.Pſ.*44.*Iulian.Arch.Toledan.lib.*1.*de fut.ſecul. c.*2. *Athan. in lib.de deff.Damaſ.c.*7. *inſtit.* c *Sophon. in ſua epiſt. poſt medium, quæ recitatur in* 6. *Synod. act.* 11.*& approbatur a Patrib. & Synod. act.* 13. *eadem fere verba reperientur in Iſidor. lib.* 1. *de ſummo bono,c.*12.d *Cyrillus Alex.lib.*2.*contra Iulian.& lib.*8.*Theſ.c.*2. *in med. & Plato apud Iulian.*c *Dam.lib.*2.*de fide, c.*3.

*Quarta, de loco, & motu.*

Angeli *a* in cœlo ſunt ob miniſterii promptitudinem,*b* mali autem ſicut fulgur indè ceciderunt, *c* & eorum locus amplius non eſt inventus in cœlo,vnde deiecti ſunt.*d* In loco ſunt æquivocè cum corporibus, cæterum eſſe dicuntur inibi, quia intellectuali modo adſunt,atque, vt ipſorum naturæ conſentaneum eſt, operantur, nec alibi ſunt, verum intellectualem in modum, illic circumſcribuntur,vbi operantur. *e* Vniquique in loco ſuo ſunt, *f* ſecundùm operationem virtutis,& potentiæ.Diverſi loci *g* diviſiones operationum ſunt. Angeli in pluribus locis eſſe nequeunt,*h* neque in pluribus,ſeu in diverſis locis operari eodem tempore poſſunt.*i* Neq. duo Angeli ſimul operari in eodem loco. *K* Loca omnia peragrant,omnibuſque impigrè adſunt. *l* Promptè, & celeriter tranſeunt, & ſucceſſivè operantur in diverſis locis.*m* Cum movet ſe aliquis Angelus,& deſerit locum,in quo erat, tranſduciturque motu continuo, *n* tranſit per medium,quo non eget,ſi motu diſcreto tranſducatur. *o* Licet non habeat motum verum, ſed æquivocè cum motu corporeo convenientem ; in momento temporis moveri nequit.

a *Nazianz.orat.*34.*in fine.*b *Luc.*10. c *Apocalypſis* 12.d 1.*Machab.*1.9.c *Epheſ.*1.19.*&* 3.7.*&* 4.16.*Philip.*3.21.*& Coloſs.*1.29.f 1.*Corinth.* 12. 6.g *Damaſc.libro* 1.*de fide,c.* 17. h *Didym.in lib. de Spirit.Sanct.longè a princ.*i *Greg. Naz. or.*34. *vel quæ eadem eſt* 2.*Theol.in fin.Dam.*1.*de fide,c.* 17.K *Exod.*10.23.l *Num.* 33.8.m *Bar.* 6,41.n *Luc.*4.3.o *&* 1.*Cor.*15.51.

*Quinta, de intellectu, & voluntate.*

Intellectio, *a* neque eſt ſubſtantia, nec eſſe Angeli,ſed eius motus (& idem de volitione intellige)*b* Aliud eſt etiam illa vis, per quam ipſe intelligit (ſeu vult) aliud, quæ vis inſtrumentum intelligendi (ſive volendi dici poteſt,quàm intellectum,& voluntatem)nominamus. Angeli quidem Mentes ſunt,*c* quibus non eſt intellectus agens, & poſſibilis,*d* ſed ſola ſimpliciſſima cognitio *e* illuminantur rationibus (ſeu ſpeciebus) rerum. *f* Non tamen ſumunt cognitionem à rebus diviſibilibus,aut ſenſibilibus.*g* Angeli ſuperiores, habent formas,ſeu rerum ſpecies,magis vniverſales,& *h* participant ſcientiam magis in vniverſali, quàm inferiores, quam, ſi communicent in particulari, & intellectum inferioris roborent,illuminare ſolent dici. *i* Angelus in ſua confirmatione, & ſubſtantia ideat ſeipſum,& naturaliter cognoſcit eſſe nomen Dei IEOVA,hoc eſt Ens à ſe,& ipſum ſolū altiſſimum in vniverſa terra. Præterea cognoſcit materialia, & ſingularia, futuraque ex cauſis naturalibus pendentia, non quæ à liberis. Hæc ſolùm præſcit Deus,K & non eſt vltra eum adnuntians ab exordio noviſſima, & ab initio,quæ nondum facta ſunt.*l* Cor inſcrutabile eſt ab Angelis (eſt autem *m* ſcrutans corda ſolus Deus) *n* loquuntur tamen, & cordis ſecreta manifeſtant per ſolam liberam conceptus

ceptus directionem, ſeu ordinationem . Angelus diligit ſe, *o* alios ſicut ſeipſum, Deum plusquam ſeipſum.

a *Dion.de diu.no.c.*4.b *idem lib.de conc. Vir. c.*4. c *Tobiæ* 6.17. *&* *Pſal.*31.9.d Greg. 29. *hom. in Evang.non longè à princ.* e *Dion.c.* 4. *in princ.* f *idem c.*7.*poſt princ.*g *in lib.de cauſis*.h *Dion. de cœleſt.Hierarch.c.*12.i *Aug.lib.*2.*ſup.Gen*.K *Pſal.* 31.19.l *Iſa.*46.*& Hier. ibid. & in* 2. *Daniel.* m *Ier.*17.n *Pſal.*7.*Sap.*1.*Ierem.* 11. *&* 2. *Paral.*6. o *Zach.*2.*Apocal.*7.*& Cor.*13.

*Sexta, de ſtatu ſupernaturali.*

CReati ſunt *a* Angeli in beatitudine naturali, non ſupernaturali, tales creati ſunt, vt ſi vellent in beatitudinis luce perſiſterent, ſi autem vellent, etiam labi potuiſſent. *b* Angeli boni gratia Dei ſunt id, quod ſunt,& gratia Dei in eis vacua non fuit, *c* ſed in creatione infuſam habuerunt ſanctitatem. *d* Per vnum actum Charitatis meruerunt ſequentem beatitudinem, *e* in qua peccare nequeunt, *f* quæ non eſſentialiter, ſed accidentaliter poteſt augmentari. Angeli, ſi primũ inſtans excludatur, in reliquis peccare potuerunt, immò & Deus de facto in *g* multis Angelis ſuis reperit pravitatem, *h* qui homicidæ fuerunt ab initio,& in veritate non ſteterunt, *i* ſed dejecit eos ſuperbia, & K non malitia naturalis. *l* In primo momento temporis non peccavit Angelus, *m* ſed in delitiis Paradiſi Dei fuit, *n* & ambulavit perfectus in viis domini, donec inventa eſt iniquitas in eo, *o* in veritate, & gratia quidem fuit, ſed non permanſit. Supremus Angelus, *p* qui erat ſignaculum ſimilitudinis Dei, *q* Lucifer, qui mane oriebatur, *r* initium viarum domini, *ſ* qui Satha-el dictus eſt, malignam præſumptionem adſumens, *t* quaſi fulgur de Cœlo cecidit, *u* Dœmones credunt, & contremiſcunt. *x* Superbia eorum,& obſtinatio, cùm Deum oderint, adſcendet ſemper. Miſeri potenter tormenta patiuntur, & per paſſionem in inferno alii, alii in aëre caliginoſo collocantur.

a *Auth.de Eccl.dogmat. apud Aug. c.* 28. *Difiniturque ab Innoc. Tertio, referturque in cap.* Firmiter, *de ſumma Trin.*b 1.*Corinth.*15.10.c *Baſ. in Pſalm.*32.Et ſpiritus oris eius,&c.d *Apocal.* 12.*&* 21, *Matth.*18.e *Aug.*11. *ſuper Gen.ad lit.* f I*nnoc.Tert. c.*Cum Marthæ, &c.*§.vlt.*g I*ob.*4. h I*oann.*8.i *Ambr.epiſt.*84.K *Dion.*4.*de diu.nom.* l *Luc.*43.*&* 1.*Cor.*15.51.m *Ezech.* 28. n *ibid.* o *Gen.*1.p *Aug.*11.*de ciuit. Dei.* q *Ezech.*28. r *Iſa.* 14.ſ I*ob.*40.t *Chryſ.in* 2. *tom. hom.de Adam, & Eva.* u *Luc.*10, x *Matth.*1. *Pſal.* 73.

# APOLLO GLOSSOGRAPHVS.

*Zoïle ceſſet iners livor: Gloſſemata noſtra*
*Ne carpe, aut ſaltem nos meliora doce.*

## DXXXV.

MERITO ſuccedit Acroſticho, quia Acroſtichis concernit literas, Anaphora dictiones, Gloſſa verſus. Meritò ſuccedit Paromœo, nam & iſtæ literas ſimiles reponit, vt paulò antè notavimus. Et quidem omnia, quę de Acroſticho; omnia, quæ de Paromœo dicta, ſuo poſſent modo, analogiâ ſervatâ adpropriari Anaphoræ, aut etiam Gloſſæ; at quia non omnia in vſu, de rebus minùs notis agemus.

Γλῶσσα primariò eſt *linguâ*, ſecundariò vocis minùs notæ explicatio: differt ab Scholio: nam hoc eſt rerum expoſitio, illa vocum. Etiam differt *Gloſſa* à *Gloſſemate*: illa enim eſt interpretatio vocis: hoc ipſa vox obſcura, quæ explicatur. Varro *lib.*6.*de ling.Lat.* exponens illum Ennii verſum.

*Ca-*

*Cælitum Camilla expectata ades.*
ait. *Camillam, qui gloſſemata interpretati ſunt, dixerunt Adminiſtram.* Apud Hiſpanos dici poteſt *Gloſſema* verſus, qui gloſſandus proponitur: qui ſolet eſſe difficilis, obſcuruſque, & debet præmiſſis aliquibus dilucidari. *Gloſſa* autem ſtropha, quæ illum in fine collocat: & ejuſmodi ſtrophas componere eſt *gloſſare*: vnde illi Gloſſas ad Repetitionem, quæ Orationis eſt figura, reducunt.

# MVSA I. ANAPHORICA.

## § DXXXVI.

NONDVM illa Parnaſſum ſpecialem erexit, & ideò inter Acroſtichũ & Gloſſographum hærens, huc conducitur, vt maneat quouſq. creſcat, & adultior & ditior poſſit novũ montem incolere.

Eſt Anaphora ſimia quædam Acroſtichis: omnia enim, quæ hæc in literis, illa in dictionibus perpendit & obſervat. Apollo Acroſtichus dedit carmina, quæ ab vnâ & eâdem litera inciperent: carmina, quæ in eamdem deſinerent: carmina, quę in eamdem vtrinq. exirent. Hic dabit carmina, quæ ab eadem voce incipiant; carmina, quæ eâdem claudantur: carmina quæ aperiat, & claudat eadẽ dictio.

Anaphoram habẽt in principio iſti verſus.

*Semper erit magni decus immortale Maronis.*
*Semper inexhauſtis ibunt hæc flumina venis.*
*Semper ab his docti ducentur fontibus hauſtus.*
*Semper odoratos fundent hæc gramina flores.*

Sunt Angeli Politiani, quem omnes eruditi cognoſcũt. Ovidius etiam in Diſtichis vtrũq. interdum verſum ab eâdem dictione incipit, vt patet in ſequentibus numeris.

*Hoc tenuit dentem terram findentis aratri,*
*Hoc rigidos ſilices, hoc adamanta terit.*
*Hoc etiam ſæuas paulatim mitigat iras,*
*Hoc minuit luctus, mæſtaq. corda levat.*

Ad hanc Charitem multi illuſtrium Poëtarum verſus pertinent: ſubſcribo, quos felici impetu Doctor Ioannes Perez de Montalvan aliquando profudit.

***Que importa.*** {
*Liſi, que mi amor offendas?*
*Amor, que mi dolor aumentes?*
*Duelo, que mi ſangre affrentes?*
*Llanto, que mi fuego enciendas?*
*Muerte, que mi fin pretendas?*
*Pena, que mi agrauio alientes?*
*Honor, que mi venganza intentes?*
*Duda, que mi offenſa entiendas?*
*Zelos, que abraſeis mi pecho?*
*Pruebas, que digais mi engaño?*
*Eſtar de lagrimas deshecho?*
}

*Si aunque de todo tengo deſengaño,*
*Eſta ya por mi mal el daño hecho,*
*Y no encuentro remedio para el daño.*

Hoc genere repetitionis præ cæteris delectatur Ovidius: illoq. vtitur in principio, fine, & etiam in principio ſimul & in fine. Conſiderentur iſti verſus.

*Omnia Naturæ præpoſtera legibus ibunt,*
*Parſq. ſuum Mundi nulla tenebit iter,*
*Omnia iam fient, fieri quæ poſſe negabam,*
*Et nihil eſt, de quo non ſit habenda fides.*

Tempore ruricola patiens fit taurus aratri,
Præbet & invito colla premenda jugo.
Tẽpore paret equus lẽtis animoſus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Pœnorũ compeſcitur ira leonũ,
Nec feritas animo, quę fuit ante, manet.

*Ecce mihi lucent rutilis incendia caſtris,*
*Iam tibi prædico barbare Turne necem,*
*Ecce ſuper feſſas volitat victoria naves,*
*Tandem ad Troianos Diva ſuperba redit.*

Ah quoties illo vitulũ geſtante per agros
Dicitur occurrens erubuiſſe ſoror.
Ah quoties auſa eſt, caneret dũ valle ſub alta,
Rumpere mugitu carmina docta boues.

*Sæpè Duces trepidis petiere oracula rebus,*
*Venit & è templis irrita turba domum,*
*Sæpè horrere ſacros doluit Latona capillos,*
*Quos admirata eſt ipſa Noverca prius.*

Poſſent fieri carmina, in quibus prima dictio eſſet communis omnibus, ſecunda aliquibus: qualia ſequentia ſunt, quæ tres fluvios nobiliſſimos celebrant.

*Cantat* {
*Ibere* { *tuas Naſo dulciſſimus vndas,* / *tuas cultus Homerus opes.* }
*Helore* { *melo fluctus quos volvis amœnos,* / *Maro, quas citus indis aquas.* }
*Iſaure* { *vagũ curſum quẽ perficis Orbis,* / *cedros, Partheniosq. choros.* }
}

Sex verſus ſunt: omnes habent vocem *Cantat*, communem: vox *Ibere* ad primum & ſecundum ſolummodò: vox *Helore* ad tertium & quartum: & vox *Iſaure* ad quintum & ſextum ſpectat. Conſidera bene hanc Ideam; quoniam in Grammaticâ audaci ex illâ totam

Vniuerſalium & Prædicabilium doctrinam eruo, expono, & dilucido.

## DXXXVII.

De Anaphorâ initiali hæc dixiſſe ſufficiat: aliquid de finali dicamus. Hanc obſervavit Propheta Rex in Pſalmo 135. in quo omnes omninò verſus eodem hemiſtichio clauduntur. Illud tranſtuli in linguam latinam primi Authoris artificium obſeruans:

*Profiteare Deum ſummum, ſanctumque bonumque;*
*Profiteare Deum, ſummum Regemque Deorum;*
*Profiteare Deum, ſummum Dominum Dominorum;*
*Vnus qui in mundo miracula maxima patrat:*
*Qui æthereas fecit ſphæras, & mente gubernat;*
*Qui firmat, terræque globum diſtinguit ab vndis;*
*Solis ad imperium produxit lampada lucis;*
*Fecit in imperium lunamque & ſydera noctis;*
*Qui primogenitos, Ægypti & caſtra cecidit;*
*Per medios hoſtes ſalvos, qui eduxit Hebræos;*
*Brachio in excelſo, digitoque, manuque potenti;*
*Æquora, qui pelagi ſecuit chriſtalina Rubri;*
*Per mediam tutum populum, qui duxit abyſſo;*
*Qui Pharaona trucem merſit redeuntibus vndis;*
*Qui Moyſen, populumque ſuum per devia traxit;*
*Qui Reges magnos vicit cæleſtibus armis;*
*Qui verbo fortes occîdit in orbe Monarchas;*
*Qui nempè Amorræum Regemq. Ducemq. Sehônem;*
*Baſaniæ Regem deſtruxit divitis Ogum;*
*Qui illorum agros & fluvios conceſſit Hebræo;*
*Nempè ſuo clemens populo ſervoq. fideli.*
*Qui adſpiciens humiles voluit memor eſſe ſuorum;*
*Belligeroq. potens populum liberavit ab hoſte;*
*Quiq. ſuis clemens conceſſerat omnibus eſcas;*
*Profiteare Deum, Cæli qui condidit orbes;*
*Profiteare Deum, Regum Dominûmq. Monarcham.*

*Semper enim clemens, atq. benignus erit.*

Idem eſt *Profiteare*, ſi ſingulis dicitur, ac *Profiteamini*, ſi dicitur omnibus: ratio carminis vocem priorem elegit. *Profiteri* videtur eſſe plus quàm *Conſiteri*; volunt enim Critici, vt profiteamur, quod ex animo confitemur.

Carmina ſunt Diſticha, quæ tamen omnia Pentametrum habent commune.

Hunc eumdem Pſalmum ad Diſticha etiam Elegiaca tranſtulit Arturus Ionſtonus Scotus, & Aberdoniæ edidit anno 1637. cujus Paraphraſin dignam cenſui, vt ab omnibus hîc legeretur. Sic inquit.

*Quas decet autori rerum depromite grates;*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Solvite iam grates, Regi dominoq. Deorum;*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Ferte Deo grates, cui paret purpura regum,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Dextera cui fortis, cui ſunt miracula ſoli,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Ardua qui ſolers ſuſpendit mœnia mundi,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Fluctibus è medijs qui iuſſit ſurgere terras,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Aurea qui rutilis accendit ſidera flammis,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Tempora qui lucis moderatur tramite Solis,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Aſtrorum, Lunaq. rotis qui temperat vmbras,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Robora qui Phariæ ſtravit, floremq. iuuentæ,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Qui bonus Iſacidas Nili revocavit ab vndis,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Qui ſibi devotos defendit vindice dextra,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Qui mare diſſecuit medium, ſpectante Canopo,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Quo duce ſacra cohors evaſit ſoſpes ab vndis,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor*

*Gurgite qui Pharium merſit cum milite regem,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Pervia qui populo fecit,priùs invia teſqua,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Cuius & illuſtres obtrivit dextera reges,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Gẽtis Amorrææ dominum qui ſtravit & Ogum,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Qui populo dedit arva ſuo,quibus exuit hoſtes,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Vindice qui ferro rebus vos iuvit in arctis,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Qui iugulo toties hoſtiles depulit enſes,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Qui dape mortales ſaturat de ſedibus altis,*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*
*Solvite Cælicolûm regi pia pectora grates;*
*Illius eſt nullo limite clauſus amor.*

---

*De Catena.*

## DXXXVIII.

REpetitionis genus eſt: habetq. locum quando eadem vox, quæ claudit verſum præcedentem,ſequentem aperit. Conſidera lineas ſequentes.

*Guarda Mundo tu flaca fortaleza,*
*Fortaleza de carne no la quiero,*
*Quiero ſervir aquel en quien eſpero,*
*Eſpero hara ſer noble mi flaqueza.*
*Flaqueza en la virtud es gran vileza,*
*Vileza no conviene aun caballero,*
*Caballero en la ſangre,no en dinero,*
*Dinero,que eſcurece la nobleza.*
*Nobleza verdadera en Dios ſe halla,*
*Hallala el que a ſi miſmo deſpreciando,*
*Preciando a ſolo Dios en el ſe honra.*
*Honra Dios a los ſuyos quando calla,*
*Calla,porque en ſilencio eſtà ayudando,*
*Dando paciencia,y honra en la deshonra.*

Eſt Rengifi in artis Poëticæ cap.49.& docet nos etiam voces *Deſpreciando,preciando*: *Ayudando, dando*, quæ ad Echo reduci poſſent, etiam pertinere ad Catenam.His ſimilia non rarò apud Latinos inveniuntur: pauca hæc in exemplum propono.

*Mox ubi natus erat,ſi ſupprimit Iſmarus hoſtes;*
*Poſteà quid iuveni proſpera fata dabunt?*
*Proſpera fata dabunt gentes cùm creverit ætas,*
*Iungere,quas fudit,mox ubi natus erat.*

Addit gratiam carmini calamus, ſi communes voces non niſi ſemel ſcribat. Iuvabunt exempla ſubſequentia.

*Quis neget eſſe Deũ { Bacchũ:cui Oracula parẽt,*
*Et cui ſubmittunt..............*
*Numina victa, caput { ſomno vinoque ſepulta,*
*Deiiciunt: tremendos*
*Cũcta levantq. pedes { humiles,frõtemq.ſuperbam*
*Quis neget eſſe Deũ { Subiciunt Baccho,*

Divinitatis characterem certiſſimum expreſſit Virgo Mater,cùm dixit,(Lucæ 1.c.) *Depoſuit potentes de ſede,& exaltavit humiles.* Videtur ergo Bacchus aliquam vmbram Divinitatis præſeferre; & ejus cultum apud ethnicos,non ſolidâ ratione, ſaltem apparente fũdari, ebrietas enim & caput ſuperbum dejicit,& humiles pedes exaltat.

Similia ſunt ſequentia carmina,quæ olim Vrbano VIII. inſcripſi.

*Fungere Neſtoriis { Princeps venerabilis annis;*
*Virtutes cuius..........*
*Mũdus uterq.canit { lauros celebreſq. triumphos;*
*Stemmata Victoris*
*Cãtet Apollo novus { Nova carmina:dicat Ouãti*
*Fungere Neſtoriis { Annis incolumis*

---

*De Epanalepſi.*

## DXXXIX.

REpetitio, quæ initium finemque verſus afficit, dicitur Epanalepſis; Virgilio, Ovidio,& aliis Veteribus grata.Reperitur interdum in eâdem lineâ.Pono exempla.

*Multa ſuper Priamum rogitans,ſuper Hectore*
*Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.(multa.*
*Ante etiam Sceptrum Dictæi Regis & ante.*
*Victus amore tui,cognato & ſanguine victus.*

&c.Et apud D.Ludovicum Gongoram Cantione 2.

*Madre dichoſa,y obediente ſierva*
*De Arturos,y de Eduardos,y de Henricos,*
*Ricos de fortaleza,y de Fè ricos.*

Angliam adloquitur,& in vltimo ex iſtis verſibus Echo & Epanalepſis relucent.Si carmina ſunt diſticha,ſic debet fieri repetitio, vt penthemimeris Hexametri, claudat Pentametrum.Placuit hic modus,Ovidio,nam ſæpè vtitur Epanalepſi. Elegi ſequentes ejus ſunt.

*Phœbus adeſt ſonuêre lyræ,ſonuêre pharetræ:*
*Signa Deum noſco per ſua;Phœbus adeſt.*

Mi-

Militat omnis amans & habet ſua caſtra Cupido,
Attice crede mihi,militat omnis Amans.
*Ilia pone metus,tibi Regia noſtra patebit,*
*Teq.colent omnes Ilia pone metus.*
Graja juvēca venit,quę te Patriãq.domũq.
Perdat Io:prohibe Graja juvenca venit.
*Nullus erat,referoq.manus, iterumq.retendo*
*Perq.thorum moveo brachia, Nullus erat.*
Iſti verò Iani Pannonii.
*Frigus & humor agũt,vt vexēt corpora morbi,*
*Vt nata intereant Frigus, & humor agunt.*
Culpa tua eſt,quidquid fecit Tritonia cõjux,
Quidquid & Acetæ Filia, culpa tua eſt.
Succurrunt & iſtis ſimiles multi alii. Hos ſubſcribo.
*Balnea,Vina,Venus conſervant corpora multa:*
*Corrumpunt eadem Balnea,Vina,Venus.*
Calamus charites & gratias addet,ſi Epanalepſis exprimatur hoc modo.

*Quomodo ferre poteſt* { *ditisſima lampade tanta* / *Pauia deſleuit*
*Deficit omne decus* { *deuixit quando Virago* / *Regina Auſtriadum*
*Lucis honore ſuæ* { *terras decoraverat; orbes* / *Iam colit æthereos*

Aliàs verſus ſcribuntur modo communi; vt Elegi ſequentes demonſtrant. [Scripti ſunt in Principis Baltaſſaris nativitate.]
*Sydera terra polus fauſtisſima fata recenſent,*
*Et quidquid claudunt ſydera, terra, polus.*
*Prodit honoris honos, ſiquidē Salmatica laurus,*
*Orſa loqui, Mundi eſt Numen, honoris honos.*
*Talia voce refert: Succurrite Numina Phœbi,*
*Et cùm venerunt Numina, voce refert.*
*Regia Mater ave: ſis terq.quaterq.beata,*
*Vive in Olympiades, Regia mater ave.*
*Fungere lætitia, pulcher tibi naſcitur infans;*
*Nam citò magnus erit, fungere lætitia.*
*Iā tibi Flora roſas dederat: ſed Principis ortus*
*Ornat, quas dederat jam tibi Flora roſas.*
*Munera Maurus Atlas ſuplex fert magna parēti,*
*Offert & Gnato munera Maurus Atlas.*
*Arma virũq.canet: canit at nunc Fama parētē.*
*Olim autem numeris arma virumq. canet.*
*Nam ſimul exoritur cũ Principe gloria Mũdo:*
*Virtus, laus, & honos jam ſimul exoritur.*
*Sera recurrit equos ætas,vt tempore longo*
*Permaneas ætas ſera recurrit equos.*
*Inſuperabilibus numeris te fata celebrent,*
*Atque annis vivas innumerabilibus.*
Vt igitur doctrinam poſitam honoremus, & clariorem reddamus, addamus Sedulii Preſbyteri carmen, quod ab initio ad finem per Epanalepſin decurrit.

*Cantemus ſocij, Domino cantemus honorem,*
*Dulcis amor Chriſti perſonet ore pio.*
*Primus ad ima ruit magna de luce ſuperbus,*
*Sic homo cùm tumuit primus ad ima ruit.*
*Vnius ob meritum cuncti periere minores,*
*Saluantur cuncti vnius ob meritum.*
*Sola fuit mulier, patuit qua ianua letho,*
*Et qua vita redit, ſola fuit mulier.*
*Frater iniquus erat, iuſtum qui perculit olim,*
*Damnator Chriſti, frater iniquus erat,*
*Tranſitus ille monet, quid prima amiſit origo,*
*Quid ventura parent tranſitus ille monet.*
*Arca leuatur aquis, homines ne perderet æquor,*
*Ne pereant homines, arca leuatur aquis.*
*Sume pater populos, pro nati vulnere cunctos,*
*Cùm ſumis Chriſtum, ſume pater populos.*
*Hoſtia ſumma patris, tacitis ſignata figuris,*
*Quā referat Chriſtus, hoſtia ſumma patris.*
*Claudicat ecce videns, Dnũ dũ prævalet heres,*
*Aſpera gens Chriſtum claudicat ecce videns.*
*Reppulit ille famem, diſtractus crimine fratrum*
*Venditus à Iuda, repulit ille famem.*
*Perfide corde peris, dum vaſtant omnia plagæ,*
*Dum ceſſant plagæ, perfide corde peris.*
*Agnus ab hoſte ſacer, reuocauit ſanguine patres,*
*Sanguine noſq.refert agnus ab hoſte ſacer.*
*Obruit vnda nefas populo gradiente per æquor,*
*Nunc populis mundis obruit vnda nefas.*
*Murmurat impietas manna veniente refecta,*
*Panis adeſt Chriſtus, murmurat impietas.*
*Plebs ſibi dura caput terræ cultoris adoptat,*
*Abſtulit heu Chriſtum, plebs ſibi dura caput.*
*Lex dedit indicium veteris de crimine pœnæ,*
*Quodque ſalus veniat, lex dedit indicium.*
*Et lapis irriguus ſaciare incredule fonte,*
*Qui Chriſtum reprobat en lapis irriguus.*
*Carpitur igne ſacro munus votumq.piorum,*
*Seditioſa tribus carpitur igne ſacro.*
*Regna beata patris legis non contigit hæres,*
*Ieſus diſpenſat regna beata patris,*
*Deſtruit arca Dei muros, dum circuit hoſtem,*
*Sic hoſtem mundi dèſtruit arca Dei.*
*Area vellus habet, madido ſed vellere ſicca eſt,*
*Siccum tota madens area vellus habet.*
*Vincis honore Dei promiſſo munere gentes,*
*Affectum: natæ vinc:s honore Dei.*
*Tu decus omne tuis qui ſternis cæde Goliam,*
*Qui vincis mundum tu decus omne tuis.*
*Maxima dona Dei cuncti cecinere Prophetæ,*
*Impleuit Chriſtus maxima dona Dei.*
*Pondera dura tulit, mandatum leg s & iram,*
*Gratia mandati pondera dura tulit.*
*Virgo Maria nitet nullo temerante pudorem,*
*Poſt partum pueri Virgo Maria nitet.*
*Filius hic hominis fit maxima quæſtio mundi;*
*Nobiſcum Deus eſt filius hic hominis.*

*Gaudia magna Dei mūdus hæc ſentit,& ambit,*
*Reſpuit heu mundus gaudia magna Dei.*
*Signa mouent populos,cernunt magnalia caci,*
*Nulla tamen duros ſigna mouent populos.*
*Aſpera mors populis ligno deducta cucurrit,*
*Aufertur ligno aſpera mors populis.*
*Ipſe tulit Dominus pro pænis munera ſeruis,*
*Pro ſeruis pænas ipſe tulit Dominus.*
*Vita beata necem miſeris auertere venit,*
*Pertulit à miſeris vita beata necem.*
*Lumen adeſſe Dei perſenſit tartarus ingens,*
*Nec cernunt homines lumen adeſſe Dei.*
*Mors fera per hominē miſerū ſibi ſubdidit orbē,*
*Subdita contremuit mors fera per hominē.*
*Suſcitat ecce genus morti pater ille prophanus,*
*Ad vitam Chriſtus ſuſcitat ecce genus.*
*Hic populus Dominum dura ceruice negauit,*
*Suſcepit primus hic populus Dominum.*
*Sanguine letha redit fuſo gens impia Chriſti,*
*Guſtato Chriſti ſanguine letha redit.*
*Crimina cuncta ſuis terrenus contulit autor,*
*Diſſoluit Chriſtus crimina cuncta ſuis.*
*Libera corda ſibi facinus deuinxerat olim,*
*Nunc reficit Chriſtus libera corda ſibi.*
*Fortia vincla dedit peccati ſæua poteſtas,*
*Dulcis amor Chriſti fortia vincla dedit.*
*Iam ſuper aſtra ſedet,cuncti exultate fideles,*
*Perfide quid ſæuis? iam ſuper aſtra ſedet.*
*Mortuus ille tonat,cælum terramq.ſubegit,*
*Quid facient hoſtes:mortuus ille tonat.*
*Pellitur vmbra die Chriſti veniente figura,*
*Chriſtus adit gentes pellitur vmbra die.*
*Te properare docent & ſigna & ſecula prima,*
*Nos ſacra quæ gerimus,te properare docent.*
*Vnicus aduentiens firmauit vota piorum,*
*Vota dedit nobis vnicus aduentiens.*
*Paſſio Chriſte tua compleuit munera legis,*
*Munera noſtra replet Paſſio Chriſte tua.*
*Hic homo qui Deus eſt,ſpes eſt Antiqua Priorū,*
*Spes in fine Piis hic homo qui Deus eſt.*
*Manus erat Fidei toto credentibus æuo,*
*Qui dedit,vt credat,munus erat Fidei.*
*Te veniente Deus mundanus concidit error,*
*Occubuit Mundus te veniente Deus.*
*Gratia plena Dei eſt,quæ totis gentibus extat,*
*Aſcendant ſectæ gratia plena Dei eſt.*
*Sola columba redit,quæ totum circuit orbem,*
*Deſcendant corvi ſola columba redit.*
*Deveniet Dominus dare digna piis,mala pravis*
*Credite jam miſeri deveniet Dominus.*
*Viſio Chriſte tui tormentū & pæna malorū eſt,*
*Gloria cuncta bonis Viſio Chriſte tui.*
*Gloria magna Patri, ſemper tibi Gloria Nate*
*Cum ſancto Spiritu Gloria magna Patri*
*Amen.*

# MVSA II. GLOSSOPETRA.

## DXL.

GLOSSOPETRA Gemma eſt pulcherrima, à figurâ, quam habet, nomen trahens. Hanc Magi,non in terrâ naſci,ſed à regione Æthereâ,dum Luna Solem ſubit, cadere, aſſerunt, vt notat Plinius *lib.* 37.*cap.*10. Muſam hanc hujus pretioſæ gemmæ nomine condecoravimus, eſt enim pulcherrima & ſelectiſſima.

Carminum terminos conſiderat: & quia hæc literis,ſyllabis,dictionibus, hemiſtichiis, aut verſibus integris clauduntur,habere poſſet varios Genios, per quos diverſa miniſteria expediret. Cæterùm,quia de exitu verſuū in literas determinatas egimus in Acroſtichis: de exitu in ſyllabas determinatas, in Rhythmicis: de exitu in dictiones determinatas etiam ibi,cùm de conſonantibus neceſſariis(vocat Hiſpanus,*Conſonantes forçoſos*)diſſeruimus. Illuc debent hemiſtichia reduci. Supereſt ergo, vt agamus de ſtrophis, quæ verſu determinato debent claudi.

Eſt igitur Gloſſema, verſus qui Poëtæ traditur,vt ita Stropham formet,vt illum dilucidet,& ponat in vltimo loco. Hic ab Hiſpanis in Gloſſis nominatur *Pie*, latinè *Pes*; etymi rationem non examino, ſed illum verſum ſic vocari pronuncio.Hinc conſtat aſſertionem hanc,*A Pedro le dieron à gloſſar eſte pie.* tranſire in hanc, *Iuſſerunt Petro, vt gloſſaret hunc verſum*. Porrò eſt gloſſandus vnus verſus, vel plures. Si primum, vnam aut plures conficiet Poëta ſtrophas, quas omnes ille verſus claudat. Si ſecundum, primus è datis verſibus claudat primam ſtropham, ſecundus ſecundam; &c. Verſus,ſi plures conſtituunt Gloſſema, poſſunt,& ſolent eſſe uel diſſonantes,uel aſſonantes uel conſonantes, ut in ſequentibus clarè uidebitur. Sed interrogas, An liceat nobis uti uno conſonante,

ut gloſſemus alterum. Verbi gratiâ. Hoc diſtichum Gloſſema proponitur,

*El verde es color del ſuelo,*
*Pero el azul es del cielo.*

& tu, ut illud gloſſes debes duas ſtrophas conformare: quarum priorem claudet primus uerſus, & ſecundam poſterior, & interrogas, An primæ aliquem uerſum poſſis claudere uoce *cielo*, & aliquem ſecundæ uoce *ſuelo*, an uerò neceſſariò debeas quærere diuerſas conſonantes. Reſpondeo, ſecurius & melius eſſe hoc poſterius; at, quia interdum ſylua eſt ſterilis, & non ſunt conſonantes, aut non ſuccurrunt aptæ, poterit Poëta ſuo jure uti, & aſſumere terminum unius uerſus, ut gloſſet alterum. Ita Ioannes Diaz Rengifus in Artis poëticæ *cap. 36.* Ergo, quia non indigemus uberiori doctrinâ, exempla nonnulla adducamus.

---

## *Macrorhythmi.*

### DXLI.

PRincipi de Eſquilache, Poëtæ laureato, propoſuerunt hunc uerſum.

*Tambien para los triſtes huuo muerte.*

Ergo, ut gloſſari poſſet, debuit eligi carminis genus, quod eſſet aptum. Apud Italos ſextæ [uidelicet, ABABCC.] in pretio ſunt: at apud Hiſpanos uix notæ. Ergo debuit Princeps ad Octauas recurrere [illarum idea eſt hæc ABABABCC.] & ingenium ſuum illarum concentui attemperare. Sumpſit calamum, & ſcripſit has lineas.

Crezca el dolor, y mengue la paciencia,
Conjureſe en mi daño todo el ſuelo,
Caſtigue por ſoberuia mi inocencia,
Niegue a mis quexas ſu remedio el cielo.
Rompa el amor la ley de ſu clemencia,
Mude ſu dulce fuego en duro yelo;
Que a peſar de ſus males, y mi ſuerte,
*Tambien para los triſtes huuo muerte.*

Pida el engaño oſado a la eſperança
De todos ſus diſcurſos cuenta eſtrecha;
Rindaſe el tiempo, uença la mudança:
Quede en el mal cobarde la ſoſpecha;
No eſpere ſin tener deſconfiança,
Iuzgue por daño el biẽ, que me aproucha,
Que aũque me ofẽdã todos de una ſuerte,
*Tambien para los triſtes huuo muerte.*

Agrabien me forçoſos deſengaños,
No tome en mis deſdichas eſcarmiẽto,
Tenga por glorias mis perdidos años,
Huya al prouecho, y ſiga al penſamiẽto.
Lebante el dulce error de mis engaños
Sobre fingidos ſueños fundamento;
Que donde mas a perſeguirme acierte,
*Tambien para los triſtes huuo muerte.*

### DXLII.

ADdam duas Gloſſas valdè pias. Et utinam, ſicut illas mente proſequor, ita affectu & ſincerâ uoluntate conſequar. Tu ſingula uerba conſidera; ſingula pondera, & ſimul apud Deum & homines proficies, & mores reformando, te morti & Cœlo præparabis.

Peccator in ſe ſeductus, crimina ſua meditatur, & exſpaueſcens ait.

*Yo paraque naci? Para ſaluarme,*
*Que tengo de morir? Es infalible,*
*Dexar de ver a Dios, y condenarme,*
*Triſte coſa ſerà, pero poſſible,*
*Poſſible? Y rio, y duermo, y quiero holgarme?*
*Poſſible, y tengo amor a lo viſible?*
*Que hago? en que me ocupo? en que me encãto?*
*Loco deuo de ſer, pues no ſoy ſanto.*

*GLOSSA.*

Yo, como vine al mundo? Condenado.
Dios, como me librò? Dando ſu uida.
Yo, como la perdì? Por un bocado.
Que fue del mundo todo el homicida.
Dios, que me pide a mi? lo que me ha dado.
Yo, que le pido a el? La eterna uida.
Dios, paraque murio? Para librarme.
*Yo, paraque naci? Para ſaluarme.*

De tierra ſoy, y tierra he de boluerme,
Y a ſiete pies de tierra reduzido,
Y vna pobre mortaja en que emboluerme,
Tendre del mundo el pago merecido.
No puedo deſte paſſo defenderme,
Ni el Ceſar puede, ni el jayan temido,
Miſeria general, caſo terrible,
*Que tengo de morir? Es infalible.*

Allì de los amigos mas amados
Del alma tiernamente mas queridos,
Los vltimos abraços regalados
Recibire con llantos, y gemidos:
Alli ſerà el mayor de mis cuydados,
Los deleytes, y vicios cometidos,
Pues, que puedo por ellos no ſaluarme,
*Dexar de ver a Dios, y condenarme.*

Pues, como de la enmienda, y penitencia
Tan deſcuydado viuo en eſta vida?
Como no limpio, y curo la conciencia,
Antes que llegue el fin deſta partida?
Porque ſi llega, y falta diligencia,
El dar en el infierno vna caìda,
Haſta el centro profundo mas horrible,
*Triſte coſa ſerà, pero poſſible.*

Di-

Diſpueſto con cuydado,y preuenido
Conuiene eſtar al tranſito forçoſo,
Que ſi me coge deſapercebido,
Tendrè el caſtigo,como perezoſo:
O loco,torpe,necio,endurecido,
Falſo,liuiano,deſleal,vicioſo,
Que pueda ſer venir à condenarme,
*Poſſible? y rio,y duermo,y quiero holgarme?*
En eſte caſo mil exclamaciones,
Con lagrimas, ſolloços, y alaridos
Haran (ſin dar aliuio a mis paſſiones)
Padres,hermanos,deudos,conocidos:
Que anſias,que cõgoxas,que aflicciones
Turbaran mis potencias, y ſentidos?
Eſto tengo de ver? Eſto es poſſible?
*Poſſible,y tengo amor a lo viſib le?*
Agonizando para dar la vida
El cuerpo flaco con la amarga muerte,
El alma triſte teme la partida,
El diuorcio preciſo, y dura ſuerte:
Amargo caliz de mortal beuida,
Pues tengo de paſſarte, y de beuerte,
Como de la virtud me oluido tanto? (*to.*
*Que hago,en que me ocupo?en que me encã-*
Alli me aſſombrarà la cuenta larga,
Las viſiones horrendas infernales,
La memoria terrible tan amarga
Del falſo,que condena,y otros males:
Pues,como(o ciego)cõ tan graue carga
De anguſtias, y tormentos deſiguales
No tiẽblo?no me enmiẽdo?no me eſpã-
*Loco deuo de ſer,pues no ſoy ſanto.* (to?

## DXLIII.

SCitè dicunt Philoſophi veram Philoſophiam, mortis meditationem eſſe: ideò ſupernaturalis Prudẽtiæ ſemper homini ſuggerit. *Memento mori.* & vt efficaciùs ad pœnitentiam trahat, introducit cadaver putridum excarne & ſqualidum, quod ſic Peccatorem alloquitur.

*Oi, palpè, guſtè, vi, y tuue olfato,*
*Viui con carne, y ſangre, y ſentimiento,*
*Tuue(aunque eſtoy agora en tal retrato)*
*Memoria,voluntad,y entendimiento:*
*Iuntas aqueſtas coſas,que relato*
*Con otras infinitas,que no cuento,*
*Todas las conſumio la ſepultura,*
*Dexandome qual vès en tal figura.*

GLOSSA.

Si quieres ver el fin triſte,que eſpera
A todas nueſtras vanas fantaſias,
Abre los ojos,mira,y conſidera
El miſerable fin de nueſtros dias:
Mira en eſte retrato,y calabera
En que paran los guſtos,y alegrias,
Mira,que aunque me ves en tal retrato,
*Oi, palpè, guſtè, vì, y tuue olfato.*
Contemple en el criſtal de aqueſte eſpejo,
El deſengaño de la vida humana,
El Papa,el Rey,el grãde,el niño,el viejo,
El que peyna la barba negra,y cana:
El ignorante,y el que da conſejo,
El que viſte ſayal,purpura,o grana,
Que yo algũ tiẽpo fuì,y aũque no ſiẽto,
*Viui con carne,y ſangre,y ſentimiento.*
Imagina,que ſoy vn Rey,vn Papa,
Vn ſeñor titulado,vn grande,vn chico,
Vn bizarro galan,vno ſin capa,
Vn mercader famoſo,vn pobre,vn rico:
Porque ſi bien lo miras,ſoy vn mapa
De todas eſtas coſas,que publico,
Pues los bienes,y males de que trato,
*Tuue, aunque eſtoy agora en tal retrato.*
Eſtos aridos hueſſos,frios,y ſecos,
Eſta funeſta ſombra,eſta figura,
Eſtas quixadas ſecas,cuyos huecos
Ocuparon los dientes,que en blancura
Excedian las perlas, ya ſon ecos
De la miſeria humana,azerba,y dura,
Todo me falta,y vida,y ſentimiento,
*Memoria,y voluntad,y entendimiento.*
No viuas ſolo vn punto deſcuydado,
Huye el ocio,liſonjas,y mentiras
Del deſoneſto vicio azibarado,
El odio,las vengancas,y las iras:
La ſoberuia,y el tiempo mal gaſtado,
que ſeran contra ti,ſi no lo miras
Teſtigos,que condenen tu mal trato,
*Iuntas aqueſtas coſas,que relato.*
Ajuſta bien la cuenta,que es forçoſa,
Y ten por cierto,no te eſcandalize,
que te la han de tomar tan riguroſa,
que de temor el pelo ſe te erize:
Porque ſerà tan triſte,y eſpantoſa,
que el mas conſtãte mas ſe atemorize,
Viendo ſus culpas pueſtas por aſſiento,
*Con otras infinitas,que no cuento.*
Que ſiruio el pelo,al oro ſemejante,
Frente,çejas,y nariz menudo diente,
De blãca nieue,y purpura el ſemblãte,
Ni los ojos del Sol,pueſto en Oriente.
Los labios de coral? ſi en vn inſtante,
Dientes,labios,nariz,ojos,y frente,
Cabellos,çejas,purpura,y blancura,
*Todo lo conſumio la ſepultura.*
Quando por el camino de la vida,
A pareçer ſegura caminando
Yua,loçana,hermoſa,y guarnecida
De perlas,plata,y oro,no penſando

Me

Me ſalteò la Muerte,que atreuida
Al camino ſaliò,y me fue quitando
Veſtidos,perlas,plata,oro,hermoſura,
*Dexandome qual vès en tal figura.*

## DXLIV.

SIcut Ogdoaſtichis, ſic poſſunt Gloſſemata alio quocumq.verſuum numero dilucidari: quâcumq. Cantione, ſeu Lyrâ: quod ſequens Gloſſema perſuadet.

*Sientome a la ribera deſtos rios,*
*Donde eſtoy deſterrado,y lloro tanto,*
*Que los hazen crecer los ojos mios.*
*Si alguna vez por conſolarme canto,*
*Es coſa para mi de tanta pena,*
*Que tengo por mejor bolucrme al llanto.*

quod gloſſant, dilucidant, & interpretantur hæ Lyræ.

Vnos por ſe alegrar
Buſcan floridos prados, y ſombrios
Mas yo para llorar
Los triſtes males mios,
*Sientome a las riberas deſtos rios.*
Mas aſperos, que abrojos
Son para mi eſtos arboles,y canto:
Mas,que podran mis ojos
Mirar,que no ſea llanto,
*Donde eſtoy deſterrado,y lloro tanto?*
Teſtigos de mis males
Son eſtas breñas,y peñaſcos frios:
Los fieros animales,
Teſtigos ſon los rios,
*Que los hazen crecer los ojos mios.*
Teſtigos ſon las breñas,
que contino reſuenan a mi llanto:
Tambien las duras peñas,
Cuyo rigor quebranto,
*Si alguna vez por conſolarme canto.*
El verme triſte,auſente,
Tan ciego de mi luz clara, y ſerena,
Y el ver tan claramente,
Que viuo en tierra agena,
*Es coſa para mi de tanta pena.*
Y ſi en el gran tormento
Mis miẽbros ſe adormecẽ algũ tãto,
Tantas congoxas ſiento,
Tan triſte me leuanto,
*Que tengo por mejor boluerme al llanto.*

---

*Microrhythmi.*

## DXLV.

SIcut majores,etiam,& multò frequentiùs verſus minores dantur, vt illos Poëta Gloſsâ aliquâ ingenioſâ dilucidet: nempe vnus,duo,tres,quatuor,quinque; non plures in minoribus menſuris ſolent; at etiam poſſent, ſi aliquando provocanti placeret. Provocatus poſſet quocumq.verſuum numero ſatisfacere, nempe Tetraſtichis, Pentaſtichis, Enneaſtichis, Decaſtichis, &c. at vſus obtinuit,vt ferè reddantur Decaſticha:rariùs Enneaſticha: & vix vnquam Pentaſticha aut Tetraſticha.

---

*Gloſſema Monoſtichum.*

## DXLVI.

VNius Gloſſematis ſeu verſûs gloſſandi, etiam hîc exempla frequentia ſuccurrunt. Domino Franciſco de Borja, Principi de Eſquilache amici propoſuerũt hunc verſũ.

*Bien pudo Iuana de que.*

Eſt difficilis,& qui ſeorsìm ſenſum non videtur habere,debetq.ingenioſè glòſſari,vt ſenſum,quem non habet,adquirat.Sumpſit calamum Princeps,& ſcripſit has lineas.

Quiere Iuana,y ſufre a Bras
Deſcuidos de amor agenos,
Ni los remedia jamas,
Pues quanto Bras quiere menos,
Tanto Iuana quiere mas.
Ella encubre por ſu fe,
que la ocaſion ſe barrunte,
Mas ſi dèl quexoſa fue,
Dezir aquien lo pregunte,
*Bien pudo Iuana de que.*

Semper proponũtur gloſſemata difficilia, & in hoc conſiſtit elegantia,vt ſtrophã verſus datus ita claudat,vt optimũ ſenſũ reddat, & eſſe aliundè tractus nõ videatur.

Eſt Decaſtichum ex duobus Pentaſtichis ſimilibus(nempe,ABABA)coaleſcẽs: quę, ſi ſint diſſimilia,ſunt auri politæ gratiora.

IN alio certamine hoc Gloſſema Poëtis ingenioſis proponitur:

*Si ella miſma no los cura.*

& illud gloſſavit,& dilucidavit Princeps Spinelio hoc Decaſticho.

Donde fuera de mi acuerdo
Me lleuas,diſcurſo vano,
Perſuadiendome,que gano
Aquello miſmo,que pierdo:
Mas ya del ſueño recuerdo,
Y conozco tu locura,
Y que achaques de ventura,
Por mas,que el rigor ſe allane,
No ay remedio,que los ſane,
*Si ella miſma no los cura.*

Sæpè remedium in ipſomet morbo conſiſtit.

Zelotopia eſt graviſſimus morbus: ab Amore naſcitur,& tantùm ab Amore curatur.

*Gloſ-*

*Gloſſema Diſtichum.*

## ☞ DXLVII.

DVo Gloſſemata proponuntur interdum, & hac ipſa vocantur ab Hiſpanis *Motes*,quam vocem ab Arabibus recepiſſe videmur: nam radix מתג *Mathag* eſt frænum ponere : vndè ab Hebræis in Benoni מותג *Motheg* dicitur,qui frænū ponit. Galli hanc vocē tranſtulerunt ad Muſicam,& *moter* volunt eſſe *gubernare cantores*, vndè vox nota & communis *Motetum* exoritur. Ergo hæc Gloſſemata meritò vocantur *Motes*, quia ſunt fræna quædam, quibus Pegaſus regitur, ne quò velit excurrat,ſed neceſſariò debeat ad Gloſſema,ceù ad metam venire. Explicato ergo nomine, vt meliùs intelligatur res, aliqua exempla ſubſcribamus.

Videtur apertam involvere contradictionem illud Gloſſema,quod fuit Madriti ingeniis vniverſis propoſitum:videlicet,

*Con vn forçoſo impoſsible*
*Traigo perpetua contienda.*

ſi enim impoſſibile, quomodò neceſſarium: &,ſi neceſſarium, quomodò vocatur impoſſibile?Illud congruente Princeps Gloſsâ ſuſcepit illuſtrandum,& dixit.

De mi deſdicha la pena
Aun no la juzgo por mia,
Tal vino en eſta cadena,
Que ſi es la muerte alegria,
No puede ſer ſino agena.
Bien ſe paga mi cuidado
Ofendido,y caſtigado,
En mal tan duro,y terrible,
Que viene a quedar pagado
*Con vn forzoſo impoſſible.*
Atrevidas eſperanças,
Como no mudais mi ſuerte,
Aunque viua de mudanças?
Mas ſi pretendeis ſu muerte
Maten me deſconfianças.
No puedo ya mejoraros,
Ni a bien mayor levantaros,
En mi fe no cabe enmienda,
Pues por ſolo ſuſtentaros,
*Traigo perpetua contienda.*

An in impoſſibile poſſit tendere ſpes? quærunt Philoſophi:& dū illi in claſſes diverſas ſe dividunt, Poeta hic ab aſſerentibus ſtat, & contra ſpem ſperās ſibi vim infert, ne tandem deſperare cogatur.

Primus verſus Gloſſematis æquè obſcurus manet in Gloſsâ,& debuiſſet exponi, & illuſtrari.Strophæ ſunt decaſtichæ ex duabus diverſis pentaſtichis compoſita. Idea eſt hæc[ABABA.CCDCD.]qua etiam Princeps vtetur in Gloſsâ ſequenti.

Illis,quos vexat zelotypia,hoc Monitum Morale ſuccurrit: videlicet,

*Suſpendiendo los deſeos,*
*Se deshazen las ſoſpechas.*

quod Princeps dilucidavit dicens.

No quiero trocar mi ſuerte,
Aunque del bien ofendida;
Porque en mal tã duro,y fuerte,
Alcançar quiere la vida,
Lo que no puede la muerte.
Deſeſperado eſperar,
Tan dificil de curar,
Que en tus locos de vaneos
Se acrecienta el deſear,
*Suſpendiendo los deſeos.*
Para mal tan eſcondido,
No ay,que buſcar nueuo medio,
Sino a cabar de atrevido,
Que no llegarà el remedio,
Donde no llega el ſentido.
De la pena,y ſu rigor,
Para curar el dolor,
Deſengaño,que aprouechas?
Pues con engaños de amor,
*Se deshazen las ſoſpechas.*

Vivendo aliquando cōſequimur, quæ moriendo nō poſſumus.

An qui deſideria ſua retundit, ſe præparet, vt intēſiùs deſideret?

Remedii videtur incapax,qui morbum & dolorē non ſentit.

Interdum eſſe ſolet vtilis voluntaria ignorantia.

## ☞ DXLVIII.

OMnes heptaſyllabæ Gloſſæ(nempe,cōſtantes verſibus,qui habent vltimum accentum in ſeptimâ)quę hucuſq. poſitę,fuerunt Decaſtichæ: vt alios numeros prodeſſe poſſe demonſtremus, aliquam enneaſtichis factam addamus. Gloſſandum erat iſtud Diſtichum:

*El que no ſiente dolor,*
*Mal haze en fingir amor.*

de quo variæ fuerunt illuſtrium virorum cenſuræ. Senſus eſt iſte,

*Qui non ſentit dolorem,*
*Peccat fingendo Amorem.*

vnde videtur conſequi,*Eum,qui ſentit dolorem, fingendo amorem non peccare. Sed ille, qui ſentit dolorem,verè amat:ergò,qui amat,amorem fingit: ergo,qui amat,non amat.*Interim hac terminorum implicantiâ Princeps minimè perturbatur,Gloſſema conatur ad ſenſum convenientem reducere,& ait.

Mi nueua deſdicha ordena,
Para mayor deſventura,
Que gouierne mi locura,
La que burla de mi pena.
Efectos ſon del amor,
Suya es la vitoria, y palma,
Pues conſiente ſu rigor,
Que juzgue males del alma,
*El que no ſiente dolor.*

Huc pertinet illud Latinorum Adagiū, *Experto crede Roberto*: huc illud Hiſpanorum, *El buen cirujano, el bien acuchillado.* Qui experientia ca-

Largo

ſe de alienis malis judicare non poteſt

Largo remedio me ofrece,
En ſiendo por vueſtra mano,
que poco ſe duele el ſano,
Del enfermo, que padece.
Pero es la razon mayor,
Y en ella credito cobra,
Conocer vueſtro rigor,
que a quien tanta fe le ſobra,
*Mal haze en fingir amor.*

Sunt Enneaſticha, & pertinent ad ſequentem ideam [ABBA. CDCDC.]

---

*Gloſſema Triſtichum.*

DXLIX.

Solent Hiſpani *Motes* ſuos etiam tribus verſibus claudere, & etiam gloſſandos proponere. Illud Tetraſtichum,

*Aprended flores de mi,*
*Lo que và de ayer a oy,*
*Que ayer marabilla fuy,*
*Y oy ſombra mia no ſoy.*

etſi Gongoræ adſcribatur ab aliquo, antiquũ eſt: & ex illo deduximus hoc Triſtichum:

*Ayer Mantenedor fuy;*
*Oy Aventurero ſoy;*
*Que eſto và de ayer a oy.*

illoque clypeum nobilisſimi domini N. (vocetur Theodomirus) qui pridie in Haſtiludio fuerat Provocator, & tunc provocatus, tanquam vnus è cæteris ad arenam deſcendebat. Variæ fuerunt Gloſſæ compoſitæ. Ego ductus juvenili fervore in laudem amici hanc ſcripſi.

In haſtiludio publico, *Mãtenedor* vocatur, qui eſt in arena, & vniverſos provocat. *Aventurero* qui, vt pugnet cum illo deſcendit.

*Deſtrozè, rompì, raxè,*
*Muchas adargas, y eſcudos;*
*Y a muchos ricos deſnudos*
*En pocos golpes dexè.*
*Honra, y precio les ganè,*
*Quexas, y aplauſos oi,*
*Para bienes recibi,*
*Que oy tambien recibirè,*
*Si peleando mueſtro, que*
Ayer Mantenedor fuy.

Præmia victoriæ non ſolet dare provocans (*el Mantenedor*) nec ſibi ſolent reſervare provocati (*los Aventureros*) iſti enim illa ſemper donant.

*Quanto mi esfuerço ganò,*
*Lo conſervò mi prudencia,*
*Que es loca magnificencia,*
*Dar lo que ſe aventurò.*
*Oy me eſpera el que pagò*
*Ayer, el que tambien oy*
*Pagarà, como quien ſoy;*
*Y aunque mas diga que no,*
*A de conocerque yo*
Oy Aventurero ſoy.

*Deſte Parnaſo las Muſas,*
*Deſte Cielo las eſtrellas,*
*Deſte fuego las centellas,*
*Por eſta plaza difuſas:*
*No recibiran eſcuſas,*
*Que oy todos los precios doy,*
*Porque en otra esfera eſtoy,*
*Y oyr no pretendo querellas,*
*Y mas de virgines bellas,*
que eſto và de ayer a oy.

Theodomirus qui heri nullum, ex his, quæ fuerat lucratus, præmiũ dederat: omnia hodie donat. Et cur?

Voluimus, vt etiam in concentu aliquid novi videret Philomuſus, tantiſper à lege, quam Spinelius ſuis verſibus præſcripſit, abire. Eſt idea conſonantiarum,

*Spinelii* ABBA. ACCDDC.
*Noſtra verò* ABBA. ACCAAC.

Illa eſt facilior: hæc diſhcilior; &, ſi auris me non decipit, melior.

---

*Gloſſema Tetraſtichum.*

DL.

Videtur obtinere iſte numerus; rarò enim in certaminibus Poëticis alius proponitur. Hoc Tetraſtichum ingenio & dulcore non caret.

*Deſpues, que mal me quiſiſtes,*
*Nunca mas me quiſe bien,*
*Por no querer bien aquien*
*Vos, Señora, aborreciſtes.*

Voces, *quiſiſtes*, & *aborreciſtes*, antiquę aut etiã antiquatæ ſunt: jam enim dicimus *quiſìſtis*, & *aborrecìſtis*: interim, vt concentus ſervetur neceſſarium, erit voces ſimiles etiam in *iſtes* terminare. Hoc Tetraſtichum Princeps Gloſsâ ſubſequente illuſtravit.

Princeps de Squilache ſecundas perſonas Præteriti numeri pluralis finit in *es*, vt ex verſu 6. 7. & 10. conſtat: at alii cõmuniter in *is*. dicimus enim *fuiſtis*, *diſtis*, *quiſiſtis*.

Ofendido, y ſatisfecho
De mi ciego deſatino,
Lleno de engaños el pecho,
Apenas me determino
Entre mi daño, y provecho.
De todo la cauſa fuiſtes
Con la ſentencia, que diſtes,
Y aſſi mi eſperança muere;
porq. no ay bien, que me eſpere,
*Deſpues, que mal me quiſiſtes.*

Eſt ingenioſa hyperbole. Tanti te facio, Phylli, (inquit Princeps) vt tua mente diſcurram, tua voluntate amem.

Mi remedio procurando
De todo bien deſcontento
Iuzgad, lo que eſtoy callando,
En manos de vn penſamiento,
Que entre ellas muere bolãdo.
Los dichoſos ſin deſden
Amarſe ſuelen tambien;
Pero yo triſte, olvidado,

Quæ diligis, diligo: quæ odio habes, deteſtor. Et hanc ego ob rem, quá diù tibi fui charus, me dilexi: & ex quo tibi inviſus, me odio habui.

Como me vi deſdichado,
*Nunca mas me quiſe bien.*
Dais tanta fuerza al rigor,
Que le negais ſu derecho,
A quien hiziſtes ſeñor
De vueſtra alma, y en el pecho
Reſervais ſolo el amor.
Perſuadeos el deſden,
que el dezirlo, es querer bien,
Pues vos amais ſin mentir;
Pero no quereis dezir,
*Por no querer bien, aquien.*

An qui amat, negare poſſit ſe amare.

Su mal intento haze incierto,
Quiẽ me ſcucha la razõ, (cierto
Y aunques es, y erro, y deſcon-
El que mata por paſſion,
Yerra en eſcuchar al muerto.
Pues en mi mal proſeguiſtes
La ſinjuſticia, que hiziſtes,
En vano eſcuchais diſculpa
De vn hombre, que tan ſin culpa
*Vos, Señora, aborreciſtes.*

Illi, qui ſine ratione odio te habet, fruſtra rationes propoſueris, ob quas tibi favere debeat

## DLI.

IN Principis Baltaſſaris Philippi IV. & Iſabellæ Borboniæ Hiſpaniæ Regum filii nativitate, tota Hiſpania aut etiam tota Europa læta, gaudia interiùs concepta apparatu feſtivo teſtificabatur. Inter alias Civitates Salmantica, quà Scholaſtica & quà Politica multa præſtitit, quæ meruerunt Chriſtophori de la Zarraga curioſiſſimo calamo ſcribi: ſed quia inter alia Academicis ingeniis propoſitum fuit hoc Gloſſema,

*Que Reyno, clima, o Pays,*
*De luz, y eſplendor no baña*
*El rayo, que al Sol de Eſpaña,*
*Diò en fruto la flor de Lìs.*

volo honorare hoc caput duas Gloſſas ſubſcribendo, quas modò inter alias reperio. Prima in meo Adverſario eſt manuſcripta, ſecunda impreſſa, neutra habet nomen Authoris, & ideò contra Genium meum illas Anonymo Poetæ accenſebo. Gloſſa prior eſt hæc.

Sol nõ aufert noctem & tenebras, ſed transfert: cum oritur, noctẽ, quæ occuparat nos, ad oppoſitum orizontem tranſmittit.

*Al derramarnos el dia*
*Franco el Sol deſde ſu coche,*
*Si nos deſtierra la noche,*
*A otro emisferio la embia.*
*Quien viò cumplida alegria?*
*Solo quando deſcubrìs*
*Tierno Infante, que venìs,*
*Dueño univerſal al ſuelo,*
*Que emisferio ay ſin conſuelo,*
que reyno, clima, o pays?
*Nada es al lado del Sol,*
*El que es Lucero en ſu auſencia,*
*Pues le deſnuda en preſencia*
*Del que le viſtiò arrebol.*
*Pero el Lucero Eſpañol*
*Cerca del Sol, que acompaña,*
*Deſde que aſpera montaña,*
*Al valle mas ritirado*
*Con la luz, que el Sol le a dado,*
De luz, y eſplendor no baña?

Lucifer cæleſtis coram Sole non lucet. At Hiſpanus Lucifer (Infans) coram Sole (Rege) lucet, illuminatque.

*Lucir mas el Sol pregona*
*En ſu Lucero grandeza,*
*Quando del ſol la cabeza*
*Con nuevas luces corona.*
*Mucho al nuevo rayo abona*
*Con creciente tan eſtraña,*
*Si la viſta no ſe engaña,*
*Rayo ſerà ſin ſegundo;*
*Pues puede dar luz al mundo*
El rayo, que al Sol de Eſpaña.

An Sol à Syderibus illuminetur? P. Antonius Raita maculas ſolares docet eſſe ſtellas, quæ lucem receptam à ſole in ſolem reflectunt, & illum reflexis his radiis illuminãt. Hinc lux conceptui.

*El ſuelo ſin flores, luto*
*No viſtiera, ſi la flor*
*No perdiera ſu verdor*
*En el parto de ſu fruto.*
*Llorad tan duro tributo*
*Flores, quantas concebìs,*
*Embidiad la de Paris,*
*Que ſi del ſol concibiò;*
*Luz con que mas floreciò,*
Diò en fruto la flor de Lìs.

Flores, vt fructũ dent, majeſtatem ſuam perdunt. Roſa Gallica fructum Hiſpaniæ dando, ſuam majeſtatem auxit.

Addo & alteram Gloſſam, quam in libro edito Salmanticæ cum aliis non paucis reperies.

*Si en dar fruto, y flor al mundo*
*Eſpaña es Reyno primero,*
*Y Francia Pays ſegundo,*
*De los dos juntos eſpero*
*Flor bella, y fruto fecundo.*
*El que a dar la flor de Lis*
*Vino a Madrid de Paris,*
*Con ſus claros regios luſtres,*
*Que Monarcas no haze iluſtres?*
Que reyno, clima, o pays?

Vtri, Hiſpaniæ, an Galliæ prima gloria debeatur?

An flores luceant, & illuminent?

*Su reyno, pays, o clima*
*Eſtima qualquier ſeñor;*
*Pero el nueſtro mas eſtima*
*La prenda deſte, y amor,*
*Que ſu eſperanza ſublima.*
*La flor por primera hazaña,*
*Que inculta region eſtraña,*
*No trueca en jardin el ſolo?*
*Con ſu Sol, y Alua, que Polo*
De luz, y eſplandor no baña.

Quid ſoleant Reges magnifacere?

Roſæ Gallicæ actio prima & præcipua.

*Deſde ſu oriente, y eſtancia,*
*Sin que ſus rayos eſtorve,*
*De tierra, y mar la diſtancia;*
*Dà luzes a todo el Orbe,*
*Por ſer Sol de Eſpaña, y Francia.*

Infans Baltaſſar, Galliæ & Hiſpaniæ Sol.

Nimis incõſtás eſt metaphora. In eodem Decaſticho jubet eſſe Solem, jã Infantem, jam Regem, jam Reginam.

*A los Soles, que acompaña*
*De luz, y alborozo baña,*
*Mas con luzes, y alborozos,*
*A ninguno da mas gozos*
El rayo, que al Sol de Eſpaña.
*El Sol de Eſpaña Felipe.*
*Porque de Francia la flor*
*En dar fruto ſe anticipe,*
*Quiere, que de luz, y amor,*
*Influencias participe.*

Sancti, quorũ nominibus & patrocinio Infans nobilitatur.

*Oy Santiago, y San Dionis,*
*Lucas, Tereſa, y Luys*
*Dan de amor el deſempeño,*
*En la prenda, que a ſu dueño*
Diò en fruto la flor de Lis.

## DLII.

NOn caret difficultate, ſi debeat gloſſari, hoc Tetraſtichum, quod fuit Principi de Eſquilache propoſitum. videlicet.

*De tu cara, y talle, quien*
*Es Franciſca mas tu amigo,*
*Dixo mal; pero yo digo,*
*Que eſto ſolo dize bien.*

Gloſſam, quam paginâ 395. reperio, hîc ſubſcribo.

*Quicumq; mala de Clodio loquuntur, hi dicunt bene.* Sunt duo Dimetri Iãbici. Qui de omnibus murmurat, nemini nocet murmurãdo.

Franciſca, de tu fealdad
En la ſuſtancia, en el modo,
Con riguroſa igualdad,
Dizen todos mal de todo,
Y todos dizen verdad.
Acierto ſerà tambien,
Pues de nada dizen bien.
No aueriguar tu cuidado,
Quien dize mal de tu agrado,
*De tu cara, y talle, quien.*

Ratio, ex qua poſſint ſolamẽ indipiſci non pulchræ.

No eſtès corrida, ni triſte,
Si es tan cierta tu diſculpa,
Que ſi tan fea naciſte
De tus padres fue la culpa,
Pues tu miſma no te hiziſte.

An ſentiendũ cum multis?

El que ſintiere conmigo,
Serà piadoſo contigo;
Y aunque obligado le eſtàs,
El que ſiente con los mas,
*Es, Franciſca, mas tu amigo.*

Alii vera dicunt ratione, alii timore ducti.

Bien te liſongèò aqui,
Y obligado a la razon,
Lo miſmo digo de ti;
Y por mudar de opinion
Con cierto amigo reñi.

Hic pes violenter gloſſari videtur.

De ti dixo mal tu amigo:
Callò, temiendo el caſtigo:
Yo ſin miedo digo mal,
El con valor deſigual,
*Dixo mal, pero yo digo.*

Imò etiã hic

Y aunque fue el dezir forçoſo,
No de callar ſe auerguença;
Porque temiò rezeloſo,
Mas de corto la verguença,
Que la afrenta de medroſo.

Vt judicetur, qui loquitur, nõ ſuffcit cõſiderare, quid dicat: ſed cui dicat?

Temiò el ſugeto tambien,
Y aunque la pena le den,
Si no le pudo igualar,
Serà fuerça confeſſar,
*Que eſto ſolo dize bien.*

## DLIII.

ADdamus vnam aut alteram Gloſſam Enneaſtichis ſtrophis conſtantem. Hoc Gloſſema acutum & ingenioſum eſt.

Nulla miſeria gravior, quàm dolere, & cõqueri nõ poſſe.

*El mas grave mal, que ſiento,*
*Es que teniendo paſſiones,*
*Me fuerçan las ocaſiones,*
*A moſtrar contentamiento.*

Illud Princeps Enneaſtichis ſequentibus dilucidavit.

Quando miſeriæ notitia ſit inutilis?

Quien ſe fia, y no ſoſpecha
Los peligros de vn engaño,
Viene a conocer ſu daño,
Quando yà no le aprouecha.

An mala pati, bonum ſit?

Aſſi en mi antiguo tormento,
Y en tiempo tan mal perdido,

Felicitatis memoria intolerabiles miſerias reddit.

Conoce mi ſufrimento,
Que es biẽ, ſegũdo que ha ſido,
*El mas grave mal, que ſiento.*

*Sinrazon*, dictio Hiſp. quę latinè vno vocabulo explicari non poteſt; ſonat enim injuriam innocẽti ſine rationę illatã.

Cuenta ha ſido deſigual,
Pues cupo en ſolo vn deſden,
Triſte memoria del bien,
Con la preſencia del mal.
No llegaron ſinrazones,
Quando dichoſo me vi
De bienes, y pretenſiones,
Vinieron, lo que ſenti
*Es, que teniendo paſſiones.*

*Deſengañar* eſt Hiſpanorũ verbum, & me monet præpoſitionem *dis* (Hiſp. *des*) plura apud Hiſpanos verba, quã apud Latinos in ſẽſum cõtrariũ convertere. Eſt autẽ *Engañar*, idem quod *Fallere*: adeòq; *Deſengañar*, ſi liceat, ſic loqui, *Disfallere*; *homini, qui deceptus erat, veritatem oſtendere.*

El tiempo, ſi deſengaña,
Es a vezes por peor,
Porque en engaños de amor,
El que ſe declara engaña.
Contraſtar obligaciones,
Es terrible de ſufrir,
Y a callar mis ſinrazones,
Del peligro de morir
*Me fuerzan las ocaſiones.*
Ningun medio bien me eſtà,
Pues dizen todos por mi,
Quien no es bueno para ſi,
Para otros mal lo ſerà.
Y ſiruiendo de eſcarmiento,
Viuirè con mi fatiga,
Y aunque mas mis penas ſiẽto,
Es menos mal, el que obliga
*A moſtrar contentamiento.*

*Gloſſema Pentaſtichum.*

## DLIV.

QVinque aliquando verſus proponuntur Poetis, vt patet in exemplo ſequenti.

Interdum Iudices, nondum auditum reũ, condemnare parati ſunt.

*Tiempo turbado, y perdido,*
*Sin ſazon para quexarmè,*
*Quien ſiguirà mi partido;*
*Si, antes que me ayan oido,*
*Se inclinan a condenarme.*

Hos ab alio cōnditos, & ſibi propoſitos, profert Princeps paginâ 393. & illuſtrat hac Gloſsâ.

*Aora*, vel *abora*, vel etiam *agora*, nũc, hac hora.

An dici debeat *cometiſtes*, an verò *cometiſtis* expoſui *nu.* 549

De el mal, que padezco aora,
Aun ſer cauſa no quiſiſtes,
Y por mas rigor, Señora,
Al tiempo la cometiſtes,
que los males empeora.
Mas ſegun lo ſuçedido,
Y lo poco, que ha podido,
Por mas, que lo ha procurado,
Biẽ veis, que es todo el paſſado,
*Tiempo turbado, y perdido.*

An vitam cōdonare ſit interdum crudelitas?

Pero dexarme con vida,
Ha ſido daño mayor,
Porque ſer por vos perdida,
Quedarà igual al rigor,
De auer ſido la homicida.

*Sazon*, eſt tẽpus opportunum, & illa *ſin ſazon* fieri dicuntur, quæ extra tempus.

Y con ſolo no matarme,
Aſſi me impide el vengarme,
que porque dure el penar,
Pierde de ſi, por eſtar
*Sin ſazon para quexarme.*

Ratio non prodeſt, vbi contra rationẽ operatur, potentior eſt.

Mas, que vale la razon,
Siendo mia, y contra vos,
Sino obrar mi perdicion,
Que en contienda entre los dos
Valdrà vueſtra ſin razon.

Sæpè sũt fulgura & tonitrua, quæ credebantur fulmina. Lego hanc ſtrophã, placet: relego, & nihil in receſſu reperio.

Mas quedando yo vencido,
Y auiendome defendido,
Me venciſtes vos, y amor,
Siendo vos el vencedor,
*Quien ſiguirà mi partido?*
Y para mejor vengarſe,
Dixo, que ſi, a mi deſeo,
Y aunque no quiera obligarſe,
De juſticia tiene el reo,
Tiempo para diſculparſe.

Reo, vt ſe defendat, & excuſet, locus & tempus concedi debent.

Del remedio me deſpido,
Pues en mi agravio juntaron,
Porque eſtè mas ofendido,
No, deſpues que me me eſcucharon,
*Si, antes que me ayã oido.*

Fruſtrà ſe excuſat, qui inauditus juſſus eſt condenari

Mas en vano me fatigo,
quexandome tan ſin arte;
Porque eſte medio, que ſigo,
Fauorece aquèlla parte,
Con la que menos obligo.
Y aſſi es en vano canſarme,
Ni en remedios deſvuelarme;
que aunque llegue a ſu noticia,
La ſobra de mi juſticia
*Se inclinan a condenarme.*

Iudices, qui hoc modo procedunt, notitia veritatis & juſtitiæ irritantur, & ideò fruſtra laborat, qui illos ſuæ velit innocentiæ certiores facere.

SImile præcedenti eſt Gloſſema hoc, quod ſub idem tempus Ingeniis nobilibus proponebatur.

*Iuſta fuè mi perdicion,*
*De mis males ſoy contento,*
*Yà no eſpero galardon,*
*Pues vueſtro merecimiento*
*Satisfizo a mi paſſion.*

Phraſis illa, quæ continetur ſecundo verſu, hodie diceretur duos barbariſmos complecti; non enim dicimus, *ſoy contento*, ſed *eſtoy contento*; & iſtud verbum *Eſtar contento*, poſtulat particulam *con* cum nominibus; & cum verbis particulam *de.* vnde putarem ſecundum verſum tranſire debere in hunc, *Con mi mal eſtoy contento.* Sed, quia Gloſſemata corrigere aut mutare non licet: ergo quo iſtud modo Princeps illuſtrarit, videamus.

An vitam prolõgare ſit occidere?

Señora, en que ha de parar
Vueſtro rigor ſin medida?
Lo cierto ſerà acabar,
Pues puede tan triſte vida
Con alargarſe matar.
Quitò mi fe, y aficion
Vueſtro guſto a la razon,
Y aſſi por concierto juſto,
Si es juſta ley vueſtro guſto,
*Iuſta fue mi perdicion.*

Huc pertinet Calvinianiſtarum ſententia muris Antuerpiæ inſculpta, quæ civitate ab Hæreticorũ manu erepta paulatim expũgi jubetur. videlicet *quod volumus id juſtum eſt.* cui conſonat antiquũ lemma, *Stat pro ratione voluntas.*

Yo me quiſe condenar,
Fiando en vn biẽ, que ſe muda,
Pues es engaño probar
Eſpada de amigo en duda,
Y amor ſin aſſegurar.

Præſtat agere cum inimico certo, quàm cũ amico dubio.

Si conociendo el tormento,
Arrojè mi penſamiento
Al mal, que temen, y adoran,
Pues cãto, quando otros lloran,
*De mis males ſoy contento.*
Mas mi dicha arrepentida,
Iuſto remedio procura,
Que quando enferma la vida,
Si el remedio la auentura,
Sin el eſtaua perdida.
Del tiempo toma ocaſion
En ſu loca pretenſion,

An ſine ſpe ſignis operari poſſit?

Y aũque mas ſe esfuerça agora,
De vueſtra mano, ſeñora,
*Yo no eſpero galardon.*
Porque os quiſe me perdi,
La culpa fue de los dos,
Pues igualè con vn si,
Con lo menos, que ay en vos,
Lo mas, que amor puſo en mi.
Rendido alabar no intento
Tan divino entendimiento,
Los ojos no ay empeçar,
Vueſtra gracia es no acabar,
*Pues vueſtro merecimiento?*
Mi mal no ha de ſer ſentido,
Y es fuerça diſſimular;
Porque no ha de ſer creido,
Que pudieſſe nadie errar,
Deſpues de aueros querido.
No me ciega la aficion
De cauſa tan deſigual,
Y en tan dura ſinrazon,
Que hiziera el biẽ, pues el mal
*Satisfizo a mi paſſion?*

An qui perit volens, poſſit occaſione receptam vocare ſuæ perditionis cauſam?

Vbi mala, quę quis patitur, idem ſuperat, præſtat non conqueri.

An vbi morbo profunt mala, ſalutem à bonis exſpectare poſſimus?

---

*De Gloſſa duplici.*

## § DLV.

IN certamine Poëtico Hiſpani duas ſtrophas aliquando proponunt, vt qui alterã nolint, gloſſent alteram. Eò venit ingeniorũ audacia, vt ſimul vtramque dilucident, primam in quintis, & ſecundam in decimis verſibus. Rem expono, vnum exemplum proponendo.

In Agone Rhythmico, quem Salmanticenſis Academia anno 1629. in nativitate Principis Baltaſſaris inſtituit, Gloſſemata ſequentia reperio.

Aliqui ex profeſſo quæ ſunt Gloſſemata difficilia, vt certamini expoſuerũt: at Vniverſitas viſa eſt deſiderare, vt multi Gloſſas pulchras cõponerent, & ideò noluiſſe Philomuſos Gloſſematib. importunis vexare.

*Primum.*

*Que reyno, clima, o pays*
*De luz, y eſplendor no baña*
*El rayo, que al Sol de Eſpaña*
*Diò en fruto la flor de lis.*

*Secundum.*

*Muy generoſo valor*
*La planta fertil deſcubre,*
*Quando ſu Abril en Otubre*
*Nos da el fruto, que vien flor.*

Alterutrum multi gloſſarunt: at eruditiſſimus Dominus N. vtrumq. ſimul illuſtravit, ita vt Pentaſticha priora correſponderent primo, poſteriora ſecundo. Ejus verſus ſunt hi.

Quando a Madrid, y a Paris
Del Sol, y la flor de lis
La luz, y el fruto alboroza;
que Monarca no ſe goza?
*Que reyno, clima, o pays.*
En ſu clima el eſplendor,
Y en ſu cielo el aſtro brilla,
Oſtentando en luz, y en flor
En Francia, Eſpaña, y Caſtilla
*Muy generoſo valor.*
El lucero, que de Eſpaña
Con vna, y con otra hazaña
Sale a iluſtrar el Imperio,
que orizonte, y emisferio (a)
*De luz, y eſplendor no baña.*
La flor, que el Abril encubre
A ſu tiempo amor eſpreſa,
Pues ſu fruto por Otubre
Entre Lucas, y Tereſa,
*La planta fertil deſcubre.*
La flor al fruto acompaña
Al rayo el Sol de luz baña,
Con ſu reſplendor le adorna,
Y a nadie mas luz retorna,
*El rayo, que al Sol de Eſpaña.*
Su flor al nacer deſcubre,
Y ocultando gracias mil,
Trueca a ſu modo, y encubre,
Quando ſu Otubre en Abril,
*Quando ſu Abril en Otubre.*
Entre Felipe, y Luys,
Tercien Tereſa, y Dionis,
Y el Baltaſar Eſpañol,
que al rayar el alva al Sol,
*Diò en fruto la flor de lis.*
El Sol nos da en ſu eſplendor
De tres Felipes, y vn Carlos
El inclito ſuceſor,
Y la flor para imitarlos,
*Nos da el fruto, que viò en flor.*

Sunt verſus clari & fluidi. Singula Pentaſticha bene clauduntur; Gloſſemata, non aliundè ſumpta, ſed hic eſſe nata videntur. Interim in omnibus his ego verſibus nullum conceptum, nullamq. phraſim eruditionis ſublimioris reperio.

(a) Eſt magna apud Hiſpanos varietas in pronunciatione literæ H. illam aliqui tàm densè proferũt, vt conſonans eſſe videatur: alii tã leniter, vt non ſentiatur, & ideò nec ſcribatur. Sed de hoc alibi accuratè diſſerui.

VT Gloſſam triplicem facerem, non facili negotio ſtrophas convenientes in linguâ Hiſpanicâ, Italicave reperirem: at quadruplicem poſſem Soneto cooptare, ita Gloſſematis verſus diſtribuendo, vt duo priores Tetraſticha, & duo poſteriores Triſticha clauderent. Res eſt clara, & dilucidari Regulis & exemplis non debet. Ergo ad alia tranſeamus.

# MVSA III. VERSORIA.

## DLVI.

NON ſemper ratio nominum innoteſcere poteſt, nec facilè ſciam, cur *Vueltas* (aut etiam *Bueltas*) vocet Hiſpanus Gloſſas, quæ non jam ſingulos, ſed binos verſus in fine ſtropharum conſtituunt. A volvendo ſeu volutando nomen trahitur, & ideò ſufficiat nobis ſcire, quid vox ipſa ſignificet, nam etymon aliis vberiùs exponendum relinquentes, dicemus breviter verbum hoc bifariam poſſe ſumi; realiter & intentionaliter: realiter ſignificat *torquere in orbem*. Virgilius Æneid. 6. *---Vbi mille rotam volvère per annos*: intentionaliter verò, *cogitare, meditari, ſpeculari*. Virgilius æneid. 1. *At pius Æneas per noctem plurima voluens*. & Catullus Epigr. 59. *Multiplices animo volvebat ſaucia curas*. Addamus illud apud Criticos tertiam habere ſignificationem, idem enim eſt *vertere*, quod *in alio idiomate interpretari, in linguam diuerſam transferre*. Hiſpanus igitur ejuſmodi Gloſſas *Vueltas*, ſeu *Verſiones*, quaſi cogitationes, meditationes, ſpeculationes, translationes, aut interpretationes appellat. Ergo *Verſorius* dici poterit Vates, qui ejuſmodi verſiones concinnat: vnde & *Verſoria* Muſa, quæ ejuſmodi verſus inſpirat. Iuvenis quidem eſt, & ante paucos annos nata: inceperunt enim ævo noſtro Poëtæ Poëmata antiqua animo volvere, & calamo dilucidare, & invenerunt iſtas (*Vueltas*) verſiones ſeu interpretationes. Pono exemplum. Hiſpaniæ tragœdia, clades, & Regis Roderici facinus, Comitis Iuliani vindicta, Agarenorum inundatio &c. vniverſis ſunt nota. Illa Poëta vetus deſcripſerat his aſſonantibus.

*De la battalla canſado*
*Se ſale el Rey Don Rodrigo:*
*La cabeça ſin al mere,*
*Y el arnès todo rompidò.*
*Sola vna rienda en la mano,*
*Y el vn eſtrìvo perdìdo,*
*En vn arroyo eſpacioſo*
*El caballo ſe a metìdo* &c.

Hæc aſſonantia Tetraſticha Poëta in Decaſticha conſonantia convertit; & in ſingulis ſtrophis binos verſus admittens, ſic inquit.

El poſtrer Godo de Eſpaña
Viendo ſu gente perdida,
Lleno de verguença y ſaña,
Por eſcapar con la vida,
Vſa de vn ardid y maña.

Rodericus, vltimus Gottorum Rex, Hiſpaniam perdidit, & impotentia ſua tyrannidi Saracenæ eam aperuit.

Por vn valle muy cerrado
Huye del vando enemigo,
Y qual toro agarrochado,
*De la batalla canſado*
*Se ſale el Rey don Rodrigo.*

An Regi liceat fugere?

Canſado de combatir,
Y de lydiar con los Moros,
Toma por medio el huir,
Y el dexarles ſus teſoros,
A trueco de no morir.

Præſtaret mori, quàm fugiendo, & ignominiam incurrẽdo, vitam redimere.

Antes huye, que acomete
El Rey, que era tan temido,
Porque lleuaua el probete
*La cabeça ſin almete,*
*Y el arnes todo rompido.*

Quàm fuerit in extremo diſcrimine puſillanimis Rex Rodericus?

Turbado con la mudança,
A ciegas, y ſin camino,
Por los montes ſe abalança,
Tan ſin juizio, y tan ſin tino
Quanto ageno de eſperança.

Y con el dolor inſano
No conoce de afligido,
Si va por cueſta, o por llano
*Sola vna rienda en la mano,*
*Y el vn eſtriuo perdido.*

Quando el cavallo corria,
En las ramas ſe enredaua,
Y con deſpecho dezia:
O mal dita ſeas la Caua,
Pues por ti muero eſte dia.

Cava, Arabicè חוה hoc eſt Eva, Comitis Iuliani filia, à Roderico Rege oppreſſa, vt Comes aduocaret Mauros, & illis Hiſpaniam aperiret, occaſio fuit. Hodie, cùm aliquam fœminam eſſe peſſimam teſtari volumus, *Es tan mala como la Caua*, dicimus.

Y apenas del valle vmbroſo,
Y eſpeſo monte ha ſalido,
Quando con vigor furioſo
*En vn arroyo eſpacioſo*
*El cavallo le ha metido.*

*Alius Verſionum Modus.*

## DLVII.

VIdiſti binos & binos verſus influxu Muſæ Verſoriæ illuſtrari & expendi: moò vide eamdem feſtinantem, & non jam ſinglos binarios, ſed vltimum tantùm vertentem & dilucidantem, & cæteros intermittentem. Suam habet gratiam iſte Modus; & qia illam cum breuitate conjungit, multis

tis placuit. Exempla nonnulla ſubſcribo.

Princeps de Eſquilache curioſum Tetraſtichum edidit, quod Luppus Fœlix de Vega Carpio verſoriâ paraphraſi illuſtravit. Numeros ſequentes inter lege.

COPLA

DEL PRINCIPE.

An pœnæ in inferno creſcant minuãtur-ve?

*Es mi daño el del infierno,*
*En ſer igual, y forçoſo:*
*Porque tiene de zeloſo,*
*Lo que le falta de eterno.*

Bueltas de Lope de Vega,

An repugnet cõceptus brevis æternitatis?

*Tiene mi amor igualdad*
*Con ſus penas, y desvelos,*
*Siendo el rigor de mis zelos*
*Vna breve eternidad.*

An mali terminus dicat fœlicitatem?

*En eſte amoroſo infierno*
*Ni aun en el fin ſoy dichoſo:*
Porque tiene de zeloſo,
Lo que le falta de eterno.

An æternitatem pœnæ poſſit quis pati in vno inſtanti?

*Si en vn inſtante, que amor*
*A ſus zeloſos me condena,*
*Padezco ſiglos de pena;*
*Qual de los dos es mayor?*
*Igual parece al infierno*
*Eſte mi fuego amoroſo;*
Porque tiene de zeloſo
Lo que le falta de eterno:

An amoris cœlũ, & pœnarum infernos coincidant?

*En no tener, que eſperar,*
*Aun le quiere parecer,*
*Pues ya no puedo tener*
*Eſperança de oluidar.*
*Que diſdicha! ſer infierno*
*Cielo de amor tan hermoſo!*
Porque tiene de zeloſo
Lo que le falta de eterno.

Conſidera bene artem, vt poſſis aliquando imitari. Stropha vertenda eſt tetraſticha: Verſiones ogdoaſtichæ, quæ duobus verſibus vltimis Strophæ vertendæ, clauduntur. Floruit ſub idem tempus D. Sebaſtianus Franciſcus de Medrano cujus eſt hoc Tetraſtichum.

Iiſdẽ oculis aſpicimus, & deſpicimus: lacrymas fundimus, & lætitiam oſtendimus.

*Ojos bellos, no os fieis*
*Del bien, que agora gozais;*
*Porque ſi oy de mi os burlais,*
*Mañana me llorareis.*

Quod illuſtravit Princeps componendo has Strophas (Hiſp. *Bueltas.*)

Interdum ſpem extinguit veritatis notitia.

Tened, ojos, vueſtro daño,
Pues no temeis mi mudança,
Que no ay tan firme eſperança,
Que no acabe vn deſengaño.
O ſu bien no conoceis,
O al menos, diſſimulais;
*Porque ſi oy de mi os burlais,*
*Mañana me llorareis.*

Extrema gaudii luctus occupat.

Vueſtro caſtigo ha de ſer,
Guſtar de verme penar,
Que ſiempre acaba en llorar
Qualquier fingido placer.
Y por mas, que os alegreis.
En vos miſmos me vengais;
*Porque ſi oy de mis os burlais,*
*Mañana me llorareis.*

Sicut ſemper eſt glorioſum vincere, ſic etiam interdum vinci à tali, vel tali.

Igual que darà el partido,
Y ambos dados por mejores,
Vos, vfanos vencedores,
Yo, por ſer de vos vencido.
Inutilmente venceis,
Si tan poco os conſervais;
*Porque ſi oy de mi os burlais,*
*Mañana me llorareis.*

COPLA.

Multarũ miſeriarum eſt medicina, & remediũ oblivio. at hæc non ſemper, & vbiq; ſuccurrit, vnde opportune Poëta quidã *Era remedio el vidar, Y olvidoſeme el remedio.*

Dime Paſcual, ſi eres cuerdo,
Como quieres no querido?
Porque pretendo vn oluido,
Y me dan ſiempre vn acuerdo.

*Bueltas.*

Quiere agora no querer,
Y empeçarà tu remedio:
No puedo alcançar el medio
Entre amar, y aborrecer.
Aunque yo el conſejo pierdo,
Tu eres Paſcual el perdido;
*Porque pretendo vn oluido,*
*Y me dan ſiempre vn acuerdo.*

An inter amorem, & odium detur medium?

Mal podràs vivir ſeguro,
No paſſando al otro eſtremo:
Tan longa jornada temo,
Y en medio quedar procuro.

An conſultũ, ex extremo ad extremum tranſire?

Como no ves, ſi eres cuerdo
Vn engaño conocido?
*Porque pretendo vn oluido,*
*Y me dan ſiempre vn acuerdo.*

COPLA.

Nec cœcus de coloribus; nec, qui non amat, poteſt de amore judicare.

Penſativo eſtàs Paſcual,
Mucho al campo vas, y vienes:
Si eſtàs ſano, y no le tienes,
Mal entenderàs mi mal.

*Bueltas.*

An mœror mœrore curetur?

En mas ſoledad conſiſte
El remedio de tu amor?
Si, que cura ſu dolor
Con mas triſteza el mal triſte.

No

No es remedio natural ;
Sino daño, el que preuienes :
*Si eſtàs ſano, y no le tienes ,*
*Mal entenderàs mi mal .*
Qui curari nõ vult, infirmitatis intenſio. ne iuvatur.
Pues quieres errar el medio ,
Contento debes eſtàr ;
En quien no quiere curar ,
Que crezca el mal es remedio .
Si es mal no ay locura igual (nes;
Al medio en que amando vie-
*Si eſtàs ſano, y no le tienes ,*
*Mal entenderas mi mal .*

COPLA.

An malis carere ſit malũ? An voluntas poſſit in malum tendere?
Dime zagala, que tienes ,
que tan triſte al campo ſales ?
Porque he perdido vnos males,
que los quiſe como bienes .

*Bueltas .*

Potes tu amare, quod alius cõtemnit aut negligit. vnde illud, *Quot capita tot ſententiæ .*
Como pudiſte querer
Lo que otros ſuelen ſentir ?
Amelos , porque el morir
Sin ellos no puede ſer .
Como ſintiendo previenes
Eſtremos tan deſiguales ?
*Porque he perdido vnos males ,*
*Que los quiſe como bienes .*
Aliud eſt rem vt medium, & aliud eſt vt finem diligere.
quien te obliga, a que te inclines
A tan coſtoſos remedios ?
Procurarlos como medios ,
No es querer los como fines .
Como lloras, ſi el que tienes
No tiene dichas iguales ?
*Porque he perdido vnos males ,*
*Que los quiſe como bienes .*

# MVSA IV. LATINA.

## DLVIII.

ARTIFICIVM Gloſſarum facili negotio poterimus ad linguam Latinam transferre : & quia Latini vtuntur Rhythmis , Metriſque, hanc Muſam in duas Sectiones diuidemus , agemuſque in priori de Gloſſis Rhythmicis, & in poſteriori de Metricis .

### *De Gloſſis Rythmicis .*

SIcut Hiſpani, ſic etiam Latini Rhythmos condunt , & poſſunt illos Gloſſis dilucidare . Exemplum ſubſcriptum conſidera .

*Nubibus claris refulgente polo*
*Arx aperitur Martis bellicoſa .*
*Quam comit radiis Delphicus Apollo ,*
*Et Phœbe exornat gloriâ luminoſa .*
*Cœlo applaudente , celebrante ſolo*
*Heſperiæ Regum ſtemmata fumoſa ,*
*Hæreticos rebelles expugnaſti ,*
*Et de victis captiviſque triumphaſti .*

Illud ſequens Gloſſa dilucidat , quæ virtutes, prærogativas , Heroica facinora Philippi III. Hiſpaniarum Regis commendat .

*O quoties tuos viderit Bellona ,*
*Princeps invicte , penetrare muros ,*
*Antea in quos nulla auſa fuit perſona ,*
*Marmoreos , fortes , ſolidos ſecuros !*
*Sulfureis flammis ardet alta Zona ,*
*Convolvit ignium vortices obſcuros ,*
*Pulvere pyrio clauditur Apollo,*
Nubibus claris refulgente polo .
*Stupeſcit Turca ſubito terrore ,*
*Et Mauri excelſi thalamus Atlantis,*
*Perſa remotus defluit horrore*
*Audiens Mavortis æra fulminantis ;*
*Fulgent tormenta trifero ſplendore ,*
*Profugit excors populus Abantis ;*
*Vt perdat hoſtes manus generoſa ,*
Arx aperitur Martis bellicoſa .
*Aſcende ad ſolium Princeps peregrinum ,*
*Quod irrequieti Cœli præparare .*
*Relinque humanum, accipe divinum*
*Splendorem & æthereum luminare .*
*Phoſphoros tibi ſubdit matutinum*
*Numen , quo ſolet mundum illuſtrare .*
*Cœlum coronam tibi dat in ſolo.*
Quam comit radiis Delphicus Apollo.
*Quieſcant bellantis Martis inſtrumenta ,*
*Nec ſqualeat campus ſanguine perfuſo ,*
*Terram ne inundent roſcida fluenta*
*Sene delapſo, juvene percuſo :*
*Hoſtes perierunt ; miſera lamenta*
*Exaudi matrum , & furore excuſo :*
*Subjectis parce , dum te Flora roſâ ,*
Et Phœbe exornat gloriâ luminosâ.
*Impera, triumpha, vtere trophæis ,*
*Quæ victæ gentes ſupplices tulerunt*
*Coruſces radiis Luciger Phœbæis ,*
*Queis nunquam alia ſydera fulſerunt .*
*Et redimitus ſertis Parnaſeis ,*

*Ad-*

*Adſcriptus iis, qui nectara biberunt,*
*Lauream det tibi meritam Apollo*
Cœlo applaudente, celebrante Solo.
*Nec audeant Parcæ vſquam convenire,*
*Vt tuo atroces terminum imponant*
*Proſpero fato; ſiquidem perire*
*Sine te multi debent; te coronant,*
*Quæ ſolent Gratiæ Martem redimire,*
*Quando in campis invictis æra tonant,*
*Et gloria repræſentant bellicosa*
Heſperiæ Regum ſtemmata glorioſa.
*In cœlo Phœbus ſæcla ſempiterna,*
*Et immortalem in Parnaſo laurum;*
*Dat, quæ producit providentia æterna*
*In terra argentum, & in vndis aurum,*
*Et tu remotos populos guberna,*
*Indum, Scytham, Brachmanẽ, Turcã, Maurũ.*
*Memor quòd quando Sperides beaſti,*
Hæreticos rebelles humiliaſti.
*Neſtoris annos Imperator agas,*
*Auſpicio fungens proſpero & felici,*
*Mundi ſubjectos vtriuſque vagas*
*Barbaras gentes manu bellatrici,*
*Triumphans percurras peregrinas plagas,*
*Qui concurrente Pallade victrici*
*Potentiſſimas gentes debellaſti,*
Et de victis captiviſq triumphaſti.

---

*De Gloſſis Metricis.*

## DLIX.

RHythmis ſubſtantiam metra, & Gloſſas nonnullas producam, quæ metris conſtent. Ergo hoc Tetraſtichum Adonicum dilucidandum proponamus.

*Concinit Orbis;*
*Carmine cantant*
*Sydera pulchro*
*Principis ortum.*

Hoc Gloſſema poteſt Sapphicis aut Hexametris elucidari. Puta, ſi dixerim,

*Stemmata antiqui generis coruſca,*
*Atq; Majorum celebres triumphos,*
*Principis lauros, genus, & trophæa*
Concinit Orbis.
*Pegaſus, Phœbus, chorus & ſororum,*
*Marte devictos populos rebelles,*
*Pace ditatos populos fideles,*
Carmine cantant.
*Africa victa, thronus Agarenus*
*Concidat, ſurgat ſolium Monarchæ*
*Clara quem ſerto Iuvenem coronant*
Sydera pulchro.
*Altus ergo Atlas, Pelagus profundum,*
*Ignis & Tellus, refluens & Aër,*
*Dulcibus noſtri celebret choreis*
Principis ortum:

Aut breviùs conformando Hexametra, & addendo.

*Naſcentis Phœbi Charites nũc* cõcinit Orbis,
*Felicemq; diem cæleſtia* carmine cantant.
*Numina, magnificant dotes, quas* ſydera pul-
*Infãti dederãt: celebrãt &* Pricipis ortũ. (chro

## DLX.

PRodiit anno M. DC. XLII. *Sylvarum Liber ſingularis*, in quo Simon Oliva Menillius Senator Toloſanus, ingenium & eruditionem oſtendit: & multa ſupra vulgarium Muſarum cothurnum ediſſerit. Gloſſopetræ & Verſoriæ Numinibus tacitè concurrentibus Poëmata nonnulla compoſuit, quæ laudantur à doctis, & Metametricam meam honorabunt.

In Ionâ, quem ille carmine Regio compoſuit, & Philotheo inſcripſit, hoc Gloſſema illuſtrandum adſumit.

*Vivifica Ceti Ionas ſervatus in alvo.*

& hendecaſtichis iſtis expendit.

Hic clarũ Aonio celebrabit Ariona cantu,
quem maris in tumidas dejectum nave procellas
Cæruleus vexit ſinuoſa per æquora Delphin.
Eque ſalo placidà incolumem tellure recepit.
Illi Telemachus ſola dum ludit in acta
Æquoreis demerſus aquis, terræque faventum
Redditus auxilio Delphinûm, nobile vatis
Carmen erit, mihi dum major ſe præbet Apollo,
Et pia Sydereæ veniunt ad carmina Muſæ,
Materiam altiſono gratam dabit ore canendi
*Vivifica Ceti Ionas ſervatus in alvo.*
Vrbs opibus, celebriq. fuit clariſſima famâ
quam Ninus Syriæ regnator & arbiter oræ
Marmoreis ſtructam cœlo ſe attollere muris,
Æternùmq. ſuo voluit de nomine dici:
Illic prava bonos mores populata libido
Numine deſpecto, & vitio regnabat ovante.

Iàmque vrbi ſupera meritum impende-
bat ab arce
Exitiũ,ſi nõ per inhoſpita viſcera piſcis,
Numine dãte viã,ciues meliora ſecutos
Virtutis,cœlìq. pio inflammâſſet amore
*Vivifica Ceti Ionas ſervatus in alvo.*
Ille ſacer vates, magno cuî numine plenã
Infũdit mẽtẽ Deus, & vẽtura recludit,
PoſthabitâTarsũ tẽdit per vela Ninive.
Fata obſtant, ſubita exoritur bacchan-
tibus Auſtris
Tempeſtas, imòq. ciet placida æquora
fundo,
Blãda ſerenati facies vmbraturOlympi,
Ad Styga nunc premitur ponto vaga
puppis hiante,
Nunc luctante freto palpitantia fertur
ad aſtra,
Nautarum gelidos ingens tremor oc-
cupat artus:
Intereà placidum carpit per membra
ſoporem
*Viuifica Ceti Ionas ſervatus in alvo.*
Excitus è ſomno vates Hebræus inerti,
Senſit vbi horrificum Cœli, pelagìque
fragorem,
Et lacera aſpexit nutãtis carbaſa pinus,
Sponte laborantem nimio ſub pondere
puppim
Sublevat,iratòq.audet ſe credere põto.
Vatis atrocem animum tantum in di-
ſcrimen euntis
Mirantur Nautæ,placat tumida æquora
Triton,
Condit & inſanos antro pater Æolus
Euros,
Intrepido vt ſubiit ſpumantes pectore
fluctus
*Vivifica Ceti Ionas ſervatus in alvo.*
Non poterit æquoreo demerſus gurgite
Vates,
Excipit hunc piſtrix, cæcàque recondit
in alvo,
Hîc ille æthereo Divûmque, homi-
nûmque parenti
Vota, precèſque pio ſupplex dum pe-
ctore fundit,
Tres luces,cœcâ totidẽ caligine noctes
Invectus Ceti gremio vada cærula ſul-
cat;
Mox inde egeſtus ſuperas in luminis
oras
Aſſyriæ properans ſubit impia tecta
Ninives.
Illa ſuũ pertæſa ſcelus devota Tonantẽ
Invocat, hãc illi ſacro mentẽ injicit ore
*Vivifica Ceti Ionas ſervatus in alvo.*

## DLXI.

IDem Author *pagina* 84. Ducis Enguieni & Heròidis Breſææ nuptias celebrat; & *pag.* 113. hunc verſum gloſſandum adſumit.
*Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cœlo.*
Subſcribit poſteà hæc Hendecaſticha, quæ legi & laudari merentur.

Pulſa procul tepidi rediviuo lumine Solis
Algentes glacialis Hyems conceſſit ad
Arctos,
Flatibus egelidi tellus reſoluta Favonî
Explicat omnigenos Floræ viridantis
honores,
Omnia nũc vernãt,nũc ęther luce ſerenã
Veſtit agros,ludunt Charites,doctæque
ſorores
Blanda puellares agitant per prata cho-
reas,
Et mea Pierio ſtimulantes corda furore
Phœbæas inter frõdes, Paphiaſq. ſedẽtẽ
Impellũt citharę fidib9celebrare canoris
*Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cœlo.*
Cernitis vt lætis ſub amico ſydere campis
Ver largas effundat opes,variòq.colore
Pingat humũ:foliis hîc ſe flavẽtib.vltrò
Attollũt violę;croceo illic tincta rubore
Caltha ſui obſervans ſequitur veſtigia
Phœbi:
Purpureo hîc rutilant Narciſſi murice
picti,
Illic blãda comâ cadẽte liguſtra renidẽt.
Aſt omnes quotcumque micant in gra-
mine flores
Queis Zephyrus, queis Flora nitens ſe
jactat alumnis
Nativo exſuperãt nullis æquãda decore
*Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cœlo.*
Prædicet inſcriptos regalia nomina flores,
Et quibus in terris naſcantur carmine
quærat
Eximij florẽs per ſecula Muſa Maronis:
Me juvat audentem,quæ divite Gallica
profert
Terra ſinu, auguſto ſacra Lilia dicere
verſu,
Et ſublime leves peragrare per ætheris
auras
Lactis iter, ſpatiòque viæ quæ monſtrat,
Olympum
Emenſo,notæ repetẽtem climata terræ,
Iunonis ſpectare ſacrę venerabile munus
Quæ nobis dedit ambroſio fæcunda li-
quore
*Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cœlo.*
Sed

Sed cuî non placeat Tyrias per amœna locorum
Adſpectare Roſas? hoc ſe cum murice monſtrat
Flora triũphato dũ frigore lęta ſuperbit,
Hoc formoſa ſuos cocco Matuta capillos
Inficit, hunc proprio natum de ſangvine florem
Cypris amica fovet, blandæ hoc componere ſerta
Flore ſolent Charites, Paphium hoc vincîre feruntur
Aonides puerum: roſeis redimita corallis
Tempora ſunt Hymenæe tibi, tu doctus amantes
Iungere, perpetuo gaudes aſtringere vinclo
*Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cœlo.*
Grata Indi mixtura eboris cum muricis oſtro;
Sed jucunda magis referunt quam candida pulchris
Lilia miſta Roſis: Superis arridet amicis;
Iupiter hanc ſancit, fauſtis hanc pronuba Iuno
Ominibus firmat, Nymphæ venerantur ovantes.
Illi ergo in plauſus Hymenæi voce reſultent,
Et cœlum atque ſolum, nullo violentur ab æſtu
Tã nitidi flores, nullo ſolvãtur ab imbre,
Ver æternum illis; rata fac ô Rector Olympi
Vota, quibꝰ ſacris affuſus proſequor aris
*Mixta Roſis placido ſurgentia Lilia cœlo.*

## DLXII.

POſteà *pag.* 116. Cleandro ſuo ſcribens, Eminentiſſimi Cardinalis Ducis de Richelieu ſtemmata ob oculos ponit, & quia ſunt,
*Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.*
hunc verſum hendecaſtichis ingenioſis illuſtrat. Gloſſam ſubſcribo.

Ardua Pyramidũ ductas ad Sydera moles
Miratur Phario Memphis circũflua Nilo,
Splendida coctilibus Babylon ſe mœnibus effert,
Prædicat immanis faſtigia celſa Coloſſi
Clara Rhodos Triviæ centum ſublime columnis
Templum Epheſus cum laude refert, æquatàque cœlo
Caria commemorat faſtus monumenta ſuperbi:
At dilecta Deo, magnoq. peracta labore,
Quã triplici decorãt rutilãtia lilia culmo,
Suſpicitur toto populis inhiantibus orbe
*Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.*
Nõ hęc de Pario moles ſe marmore tollit:
Arbor odora ſacram, æternos quæ ſervat honores,
Materiẽ præbet, Divũ quę fingere vultus
cedrus amat, ternis auguſtas cõdere ſedes
Dat Trabibus, quarum vna ſolo ſundamina ponit,
Altera tollit humo, tegit altera Solis ab æſtu,
Imbriferàſq. hyemes, & hiulci fulminis ictus
Arcet; ad hæc doctę coëũt palatia Muſæ,
Intemerata Fides, & amœno Gratia vultu,
Virtutèſq. omnes, quibus inclyta geſtit alumnis
*Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.*
Sydereum obnixi ſtellis volventibus axem
Suſtentant humeri Atlantis, ſub pondere cervix
Nutat, & Alcidem tantę ſuccedere moli
Cœlifer attritis lætatur viribus Heros.
Vis ternis potior Trabibus, quas noſtra canoris
Muſa modis celebrat, meliorq. Atlante vetuſto
Hic novus, in nullam cuî mens reſoluta quietem
Ignea, pervigili complectitur omnia curâ,
Quo ſtat firma ſolo, cũctiſq. interrita fatis
Bacchantes rabido cum murmure deſpicit Euros
*Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.*
Præpetibus trifidi oſtentat ſe fulminis alis
Attonitâ pater altitonãs tellure veredũ,
Neptunus valido vẽtis freta pulſa tridẽti
Temperat, aut placidos imò ciet æquore fluctus,
Cõmẽdat triplici ſe Virginis ore Diana,
Tergeminis fulget mirãda coloribus Iris,
Lilia terna placent cœlo demiſſa ſereno,
Nodus & ille triplex Veneris, qui nectit amantes,
Hic numerus Charitum, hoc cœleſtia numina gaudent,
Gaudet & hoc superûm juſtiſſima cura Deorum
*Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.*

Cedāt Phœbe tui, cedāt Neptune labores
Laomedōtæꝗ queis debita mœnia Troiæ,
Ipſæ etiā cedāt Pallas quas extulit arces:
Omnibus hoc longè antiſtat, quod ab æthere ſummo
Æternis opus è Trabibus mirabile fluxit;
Sub quibus eſſe olim Trabeati turba Quirini
Gaudebit, niveòſque Aquilis imponere flores.
Cūcta ſitu annorū, carieq̃.excēſa fatiſcūt;
Vaſta ſed aſtriferi ſtabit dum machina mundi,
Stabit, & invidiā fruſtra indignante vigebit
*Machina, tergeminis quæ ſurgit ad æthera tignis.*

## DXLIII.

IN præcedentibus Poëmatibus Gloſſopetræ, novi Parnaſſi Muſæ, influxus eruditus refulſit: ſed quia etiam Muſæ Verſoriæ Menillius aurem interdum applicat, lineas iſtas ſubſcribo.

Montis Albani deditionē Menillius Eleutherio ſuo inſcribit, & in hoc erudito Poëmate vertit, & illuſtrat hoc diſtichum à pagina 21.

*Dicite Richelium noctéſque dieſque Camœnæ:*
*Tale decet terris eſſe perenne melos.*

Et ne ignoret Poſteritas quo anno fuerit ſubjugata iſta Civitas, addit hoc Chronicon,

RIChELIo faCite ô NyMphæ, qVIbVs InCLytVs heros,
QVæ peperIt FranCIs, otIa grata faCIt.

Deinde à pag. 86. incipit Ducis Engieni, & Heroïdis Breſææ celebrare; & poſt multa ingenioſè concepta, & eloquenter ſcripta à pag. 108. Strophas format, & ſingulas claudit hoc Diſticho.

*Dicite Hymen, ter Hymen ad carmina dicite Nymphæ,*
*Omnis Hymen Hymenæe ſonet cum plauſibus æther.*

Alii Poëtæ imitantur, ſed ſufficiat Menillium produxiſſe.

## DLXIV.

SIcut in Gloſſis verſus integri, ſic etiam interdum ſimplicia reſumuntur vocabula. Id genus verſuum faciliùs condideris, quàm appoſitè denominaveris. Ponam loco regularum exempla. Ioanni Trunccio Boruſo ſic placuit Vrſum Dithmarſum dilaudare.

*Sæva fuit Thebana tribus cum corporibus SPHYNX;*
*Sæva hominū vertens in fera mēbra DEA;*
*Sævi CYCLOPES Divis qui bella ferebant:*
*Sæva nec eſt avidis unguibus VRSA minùs:*
*Sæva LEÆNA feras inter, cùm ſuſcitat iras;*
*Sævus & immani eſt aſperitate DRACO:*
*SÆVIOR hunc VRSVM qui carpit ſcommate, quàm ſunt*
*SPHYNX, DEA, CYCLOPES, VRSA, LEÆNA, DRACO.*

Add. *Omnibus his ſævis ROTZMANNVS ſævior ergo:*
*Omnibus his ſævis ſævior ipſe TYCHO:*
*Omnibus his ſævis HELISÆVS nomine ROESLIN*
*Sævior, hic Logica: Grammatica ille caret.*
*Dum carpunt alios moneo, ut diſcat priùs ille*
*Grāmaticā, hic Logicā, deinde Mathematicā.*

Si non addidiſſet Diſticha poſteriora, clauſiſſet ſuum conceptum pulchriùs, & nullius incurriſſet invidiam. Aliud ejuſdem Poetæ Epigrammata ſubjungo.

*Clarus ubi nitidis luſtrat SOL omnia flammis:*
*Claraq. terrigenis fida miniſtra DIES:*
*Claraq. luce ſuâ quæ fulget ab æthere STELLA:*
*Clarus REX populis ſceptra paterna gerens:*
*Clarus honore REGENS populū bellove togave:*
*Claraq. FAX tenebras cū fugat orta nigras:*
*Clarior eſt VRSVS perplexa Triāgula ſolvēs,*
*SOLE, DIE, STELLA, REGE, REGENTE, FACE.*

Hoc carminum genus poſtulat, ut Poëta verſum ultimum primo loco conformet, & poſteà ad priores condendos accedat: fruſtra enim priores fecerit, ſi nomina aſſumpſerit, quæ Pentametrum conſtituere non poſſint.

Claudamus hunc Tractatum celebrando Angelorum Reginam. Dicamus ſic.

*Eſt pulchrum cœlum dū Sydera clara refulgēt:*
*Eſt pulchra auratis prædita Luna comis.*
*Sunt pulchra Aſtronomus, quæ obſervat providus Aſtra:*
*Pulchra Iris radiis eſt redimita ſuis.*
*Eſt ſol ignivomo comptus diademate pulcher:*
*Eſt pulcher, decorat quem Cynoſura, Polus.*
*Pulchrior eſt autem Sanctiſſima Virgo Maria*
*Cælo, Lunâ, Aſtris, Iride, Sole, Polo.*

APOLLO

# APOLLO PARODICVS.

*Multiplico Veterum verſus: millena repono,*
*Candide Lector, vbi pauca fuere priùs.*
*Invidia ò ceſſet, numeris quam vincimus; hîc nam*
*Carmina plura damus dentibus Invidiæ.*

## DLXV.

QVÆ ab Hiſpanis *Trova*, *Imitatio* à Latinis, Παρῳδὴ à Græcis, aut etiam παρῳδία vocatur: contingitque, cùm alicuius Poëtæ ſententia in ſenſum diverſum, aut etiam contrarium, paucis alteratis aut etiam mutatis transfertur. Et eſt triplex: prima vnicum ſolum verſum aut ſententiam commutat: ſecunda aliquod poëmatium integrum: (& has cognovit vulgus, & Athenæus lib. 15. & ex eo dilucidavit Camerarius, Henricus Stephanus & alii multi) tertia, quæ eſt ſpecialis Hermogeni; cùm quis partem verſus protulit, & illam oratione ſolutâ complet & in alienum, acutum tamen, ſenſum trahit.

Si Parodiæ authores & inventores quæras, vix potero reſpondere appoſitè: videtur enim fuiſſe nota omni ævo. Et licèt Plutarchus in opuſculo, quod de vario poëmatum vſu diſſerit, de parodiâ non agat (quod in epiſtolâ ad Ioann. Fichardum miratur Henricus Stephanus) multi Plutarcho ſeniores parodiis delectati ſunt: nam & Chryſippus agit de Poëtarum ſententiis ad vſus varios accommodandis. Vt igitur nos bene ſciamus Parodias conformare: quo priſci modo illas confecerint, examinemus.

Producam Ennium, cuius plurima Virgilius carmina liberè vſurpat, non ſemper vt ſunt in Ennii libris, ſed elegantiſſimè tràſfigurata. Dixerat ille Annalium libr. 1.

*Teq. pater Tyberine tuo cum flumine ſancto.*

& inde Virgilius:

*Tuq. ò Tybri tuo genitor cum flumine ſancto.*

Et cùm eiuſdem Operis libr. 7. dixiſſet Ennius:

*Nō ſēper veſtra evertit, nunc Iuppiter hac ſtat.*

illum imitatus Virgilius ait,

*Nequa meis dictis eſto mora: Iuppiter hac ſtat.*

Et cùm hunc addidiſset verſum Ennius:

*Nunc hoſtes vino domiti, ſomnoq. ſepulti.*

inde Virgilius ſumpſit illud,

*Invadunt vrbem ſomno vinoq. ſep ultam*

Et tandem cùm Enniana Muſa illud lemma dictaſſet, quod Annalium libr. 7. legimus: videlicèt,

*Fortibus eſt Fortuna Viris data.*

Placuit Maroni: & Æneid. 10. illud ad hæc verba reduxit.

*Audentes Fortuna iuvat.*

Et quia rem bene conſiderantes nullam aliā Fortunam admiſerunt, quàm Deum: quæ enim nobis fortuita, inopinata, & improviſa, ſummo illa à Deo conſilio & potentiâ reguntur. Hanc, inquam, ob cauſam Ovidius libro 10. Transformationum vſus ſynonymo, ſic inquit:

*Audentes Deus ipſe iuvat.*

*audet* *libidine*
*tentet* *voragine*
Vindictæ effræno ſuccẽſũ pectus amore Aud.
*Luxuriæ indomito turbatum vulgus* (&c.
*Perfidiæ indocili perverſum*
*ſtultitiæ immenſo ſubmerſum*
Nil non perverſo vindictæ pectus amore
Exardens auſit.
*Et nihil eſt, quod non effræna concitabile*
*Mens auſit.*
Nil nõ, ardẽti laudis qui captus am. eſt, Auſit
*eximio* *nummũm* *honore Audeat*
*heroico* *rerum*
*cœleſti* *patriæ*
*terreno* *lauri*

Ovidius de Arte libr. 1.
Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt.

Parodiæ.

Blanditiis dives quilibet eſſe poteſt.
*Verborum plenus*
*Grati animi*
*Spe ſaltem*
*Spe vanà*
*Nempe precum*
Nemo eſt, qui dives non queat eſſe Deo.
*plenus* *minis*
Qui non plura cupit, dives is eſſe poteſt.
*Sors ſua cui ſatis eſt,* *ſolet.*

Claudianus de quarto Conſ. Honorij.
Mobile mutatur ſemper cũ Prĩcipe vulgus.

Parodiæ.

Naturã mutat cũ Principe mobile vulgus.
*Et mores* *Cæſare*
*Aut amat aut odit* *Præſule*
*Aut colit aut ſpernit* *Conſule*
*Et timet & ſperat* *Rege hic*
Ad famã incertam mutatur mobile vulgus.
*Spes mutare ſolet, venit vt nova*
*Cum fortuna, animum quoque mutat.*

Iuvenalis Satyr. 10.
Rara eſt adeò cõcordia formæ, Atq. pudicit.

Parodiæ.

Rara eſt concordia formæ, ſubmiſſiq. animi.
*Atq. modeſti animi*
Cõſtãtis rara eſt cõcordia amoris Et formæ.
*Rara eſt iuvenis cõcordia nuptæ Atq. viri vetuli.*
Iuvenis cõcordia rara maritiEt vetulæ vxor.
*Plebeii* *Nobilis & nuptæ*
*Decoctoris* *Et parcæ vxoris*
*Dotati* *Pauperis & nuptæ.*
Armorum, atq. adeo legum concordia rara.
*Bellorum* *Iuris* *connexio* *nulla*
*Muſarum* *Bacchi*
--- Rara eſt adeo concordia Muſis
Et menti lucrorum avidæ.
--- *Concordia rara Camœnis*
*Et lautæ eſt menſæ*
--- Concordia rara Camœnis,
Pingui & aqualiculo.
--- *Rara eſt concordia cordis avari*
*Atque bonæ fidei.*
Ambitioſi animi concordia rara & avari.
*Inter avaritiam concordia rara gulamque*
--- Audacis concordia rara eſt
Prudentiſque animi.
*Vt puto, divitiis rara eſt concordia magnis*
*Et ſummo ingenio.*

Ovidius de Ponto libr. 11. Eleg. 9.
Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis.

Parodiæ.

Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere iuſtis.
*Optima Iuſtitiæ* *læſe*
*Cœlica pauperibus* *ſanctis*
*Congrua legitimo* *Iuri*
*Publica Principibus* *velle*
*Splendida ſupplicibus* *victis*
*Sedula res tutrici inopum ſuccurrere legi*

Stre-

*Strenua res miſeris ultro rebus.*
*Vitrea res patriæ afflictæ velle.*
*Anxia res humili elatum contra*
*Indita res contra fraudes recto.*
Contra ditem inopi ſuccurrere, regia res eſt.
*Se velle haud metui ſed amari,*
*Exemplum eſſe ſuis virtutis,*
*Oris adulantis contemptus,*
*Semper adulantes contemnere,*
*Humanæ ſortis meminiſſe, id*
*Velle vice armorum Ius dicere,*
*Poſſe loco dici,*
*Ecce, fungi,*
*Armorum voluiſſe loco Ius,*
Illæſam ſervare fidem, res regia verè eſt.
*Suppoſitum ſe velle Deo,*
*Subiectum ſe Polo,*
*Armorum Ius loco,*
Regia (crede mihi) res eſt dominarier iræ.
*Regia pro populo res eſt contemnere mortem.*
Regia res, populo ſervare parentis amorem.
*,ſervare fidem, victiſque favere.*
*,vitia eſt, vitiiſq. odiſſe faventes.*
*,flagrans pectus virtutis amore.*
*,dici clementem, haud malle potentem.*
*,mixtum Imperiũ moderamine Iuris.*
*,legum imperio finita poteſtas.*
*,conſtet quod Iuri, id velle licere.*
*,verax lingua eſt, & pectus apertum.*
*,candore animi non cedere cuiquam.*
*,ſe noſſe hominem, Regem licèt, eſſe.*
*,ſincerè humanam agnoſcere ſortem.*
*,humana Deo ſupponere regna.*
*,miſeris errata ignoſcere velle.*
*,eſſe ad pœnas, haud præmia tardum.*
*,ſervare homines quàm perdere malle.*
*,pacem, non bellum quærere regno.*
*,natum eſſe ſuo ſe credere regno.*
*,populo & patriæ ſe credere nato.*
*,titulum clementis ſemper amare.*

HÆC de Regum virtutibus & prærogativis: ſed quia & ipſi ſunt homines, & interdum imperfectiones multas habent, has etiam Parodias ſubſcribamus.

Opprimere inſontes populos, res regia nõ eſt.
Tollere Iuſtitiam & leges, res regia nõ eſt.
*Pauperibus nocuiſſe viris,*
*Principibus*
*Supplicibus*
*Et Patriæ nocuiſſe ſuæ,*
*Velle ſuo metui à populo,*
*Exemplum vitÿ eſſe ſuis,*
*Cedere adulantũ verbis,*
*Velle loco Iuris bellum,*
*Promiſſam violare fidem,*
*Præpoſuiſſe Deo lucrum,*
*Iræ velle furore rapi,*
*Nolle patrem dici populi, res regia non eſt.*
*Pro populo ſed nolle mori,*
*Virtutes odiſſe pias,*
*Et delectari vitiis,*
*Temnere clementis titulos,*
*Deſpicere Imperii leges,*
*Non ſervare ſuas leges,*
*Os fallax, tectuſq. animus,*
*Suppliciis gaudere hominum,*
*Præmia non dare Virtuti,*
*Perdere quàm ſervare viros.*

---

HORATIVS in Arte poët.

—Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi ſẽper fuit æqua poteſtas.

PARODIÆ.

—*prædonibus atque tyrannis*
*Quidvis patrandi ſemper fuit æqua poteſtas.*
—quæſtoribus atque telonis
Lucrum ſectandi ſemper fuit æqua poteſtas.
—*ganeonibus & paraſitis*
*Sectandi menſas alienas æqua poteſtas.*
—meretricibus atque cinædis
Verba obſcęna loqui ſẽp. fuit æqua poteſtas.
—*pueris vinòque gravatis*
*Æqua poteſtas eſt dicenda tacenda loquendi.*
—Medicis paritèrque cherurgis
Adverſum ęgrotos ſemper fuit æqua poteſtas.

---

BAHVSIVS.

Tot tibi Virgo ſunt dotes, quot ſydera cælo.

Proteus hoc carmen eſt, & nullo mutato verbo, ſed ordine dictionum mutato multis vicibus variari poteſt. Illud ad 1022. formas perduxit Ericius Puteanus, vt tot metamorphoſes haberet, quot aſtra cœlum. Nos alibi dictus eſſe monſtravimus, & pluries transfigurari poſſe. Modò aliter illud transfiguramus, & propagamus. Lege attentè.

PARODIÆ.

Tot tibi Virgo ſunt dotes, quot ſydera cælo.
*Princeps ſunt gemmæ, lumina cælis.*
*Mater ſunt ſtellæ, cõmata Mũdo.*
*Sancta parens palmæ, corpora Olympo*
*Virgo parens lauri, fœdera Athlãti*
*Virgo potens laudes, nomina*
*Mellifluæ pegmata Aplani*
*Floricomæ phaſmata*
*Stellicomæ ſchemata*

Et hinc exſurgit, novus Proteus, qui per parodiam plurimis etiam vicibus variari poteſt: nam de Aſtronomia, quæ immenſæ molis ſtellas communiſcitur, dixiſſe aliquando me memini.

*Tot virgo ſunt monſtra tibi, quo ſydera cælo.*
*tandem probra lumina olympo.*
*verè ſpectra corpora aplani.*

Et quidem ſingulæ Stellæ fixæ monſtra ſunt, ſi mole Saturni cœlum ſuperare dicantur. Et tamen ſtando Copernico nequeunt eſſe minora.

IOAN-

IOANNES BVCELLINVS.

Ardua Chriſtiadũ canimus certamina Muſæ.

Bucellinum & Bohuſium produco, vt oſtendam non ſemper ad Homeros, Virgilios, Ovidioſq. recurrendum eſſe, vt pulchras metamorphoſes conformemus.

PARODIÆ.

Ardua Chriſtiadũ canimus certamina Muſæ.
*Fortia Divorum colimus pia vulnera Nymphæ*
*Grãdia Belgarum loquimur pia ſtigmata Divæ.*
*Cãdida Victorum legimus*
*Cælica noſtratum (celebremus vulnera) Phœbe.*
*Centupla Nobilium (modulemur ſtigmata) Apollo*
*Claſſica (cantemus Olympe.*
Aurea Chriſtiadũ celebrabimꝰ vlcera Muſæ.
*Bellica Romanũm ocia Divi.*
*Martia Olympiadũ modulabimur omina metro.*
*Maxima Sanctorum agmina cæli.*
*Barbara Maiorum cantabimus verſu.*

*Quia hoc argumentum concernit, & fortè aliquibus placere poterit, has literas placuit ſubiungere, quas olim ſcripſi Lovanij cuipiam nobili amico, qui me importuniùs ad ſolenne convivium invitabat.*

## § DLXVI.

ILLVSTRISSIME COMES.

*Opto tibi multam, nullam tibi poto ſalutem:*
*Non eſt in potâ vera ſalute ſalus.*

Literas tuas inter ſcyphos ſcriptas libentiſſimè legi; ſum enim rimatus in illis ingenium illud tuum, quod etiam in parvis magnum eſt. Me humaniſſimè ad epulum & colloquium invitas; & quia adamantinâ lege mihi indixi meridie apud nullum convivere, obedire non poſſum: quoniam tenellæ vires illæ, quibus labor ſcholaſticus parcit, non pharmacis (hæc enim non admitto) ſed ſobrietate conſervantur: nam, vt aliquid ſinceriùs dicam,

*Non bene conveniunt, nec in unâ ſede morãtur*
*Evacuare ſcyphos varios, potare ſalutes*
*Aulice amicorum, & propriam ſeruare ſalutem.*

Ergo, ſi me amas, Illuſtriſſime Vir, patere vt domi maneam meæ, & Muſam nomine meo acturam de ſcyphis tranſmittam. Muſam, inquam, iuniorem, quæ non in Parnaſſo apud Caſtalias vndas nata, ſed in agro Falerno apud vites & dolia, ſororum ſobrietatem irridet: Hæc, quocumque eam velis inſignire vocabulo, vix quidpiam novi modulatur; ſed grandius à cæteris dicta ad calices & vina obtorquens ingenioſè & acutè nugatur. Multa illa me iubente, aut etiam inſpirante, accinuit: hæc ſubſcribo.

OVIDIVS.

Aſpiciunt oculis Superi mortalia iuſtis.
*Cælica agant labiis Superi convivia ſiccis:*
*Nec mirum careant nectare, Bacchus abeſt.*
*Sicca frequenter agant Superi convivia: nobis*
*Conbibium madidum nunc celebrare libet.*

MARTIALIS.

Et Cilices nimbis hîc maduere ſuis.
*Et calices vinis hîc maduere ſuis.*

OVIDIVS.

Dii pia facta vident.
*Homines bona vina bibent.*

OVIDIVS.

Omnia ſi pereant, famam ſervare memento,
Quâ ſemel amiſsâ poſteà nullus eris.
*Omnia ſi pereant, vinum ſervare memento,*
*Quo ſemel epoto (effuſo) poſteà ſiccus eris.*

OVIDIVS.

Ludit in humanis divina potentia rebus.
*Ludit in Hiſpanis Caupona tyrannica vinis,*
*(Grande nefas!) auſa eſt Italos iugulare falernos.*
Eſt Deus in nobis: agitante caleſcimus illo:
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.
*Es Bacche in nobis: agitante caleſcimus igne.*
*E flammiſque tuis impetus iſte venit.*

VIRGILIVS.

Nulla ſalus bello, pacẽ te poſcimus omnes.
*Nulla ſalus lymphis, vinum te poſcimus omnes.*
*Nulla ſalus Thetidi, Bacchum te poſcimus omnes.*
*Nulla ſalus piſci, carnem te poſcimus omnes.*

VIRGILIVS.

Sperate: & voſmet rebus ſervate ſecundis.
*Sperate: & voſmet vino ſervate ſecundo.*

VIRGILIVS.

Dimiſere caput, pluviâ cum fortè gravãtur.
*Dimiſere caput, vino cum fortè gravantur.*

VIRGILIVS.

It comes, & paribus curis veſtigia figit.
*It comes, & paribus cyathis veſtigia figit.*
*It comes, & paribus cyathis reſpondet amico.*
*Is Comes, & paribus cyathis convivia firmas.*

VIRGILIVS.

--Omnemque reverti
Per Troiã, & rurſum caput obiectare periclis.
*Præcipit intereà hos inſtare, illoſque reverti*
*Ad menſam, & crebris caput obiectare falernis.*

VIRGILIVS.

--Ipſi in certamina rurſus
Succedũt, animaſq. in aperta pericula mittũt.
*--Bacchi in certamina rurſus*
*Succeduntque, caputq. in aperta pericula mittunt.*

ENNIVS.

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem;

Non

Non ponebat enim rumores ante ſalutem.
*Vnus homo nobis potando reſtituit rem.*
*Vnus homo nobis potando deſtituit rem;*
*Non ponebat enim rumores ante ſalutes.*

OVIDIVS.

Nō bene cōveniunt,nec in vnâ ſede morātur
Maieſtas & Amor.
*Non bene conveniunt,nec in vna ſede morantur*
*Secretum & vinum.*

HORATIVS.

Principibꝰ placuiſſe viris,nō vltima laus eſt.
*Principibus placuiſſe merum,non vltima laus eſt.*

HORATIVS.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici;
Expertus metuit.
*Suavia inexpertis ſunt vina potentis amici;*
*Expertus metuit.*

VIRGILIVS.

Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem.
*Vna ſalus ægris nullam potare ſalutem.*

LVCANVS.

Nulla fides pietaſq.viris,qui caſtra ſequūtur.
*Nulla fides pietaſ-ve viris, qui vina ſequuntur.*
*Nulla fides pretiū-ve mero,quod lympha remittit.*
*Summa fides vino, nam oracula concinit: in quo,*
*Si ſubſit vel aquæ guttula,nulla fides.*

OVIDIVS.

Gratiaque officio, quod mora tardat, abeſt.
*Bacchus & officio, quod mora tardat, abeſt.*

OVIDIVS.

Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis.
*Luxuriant vates vinis plerumque ſecundis.*
*Decrepito vates gaudent plerumque falerno.*
*Non baptizato gaudent plerumque falerno.*

OVIDIVS.

Quod caret alterna requie, durabile nō eſt.
*Quæ caret alternis cyathis, menſa optima non eſt.*
*Menſa carens cyathis paribus,laudabilis haud eſt.*

IVVENALIS.

Quantum quiſq. ſua nūmorū ſervat in arcâ,
Tantum habet & fidei.
*Quantum quiſque ſuo vinorum ſervat in antro,*
*Tantum habet & fidei.*

OVIDIVS.

Dum fueris fęlix,multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerunt nubila, ſolus eris.
*Copia dum fuerit vini, numerabis amicos:*
*Si non ſit vini copia, ſolus eris.*
*Menſa cibis oppleta bonis, numerabit amicos.*
*Plurima ſi deſint fercula, ſolus eris.*

OVIDIVS.

--In audaces non eſt audacia tuta.
*Audaces contra non ſunt certamina tuta:*
*Sum audax; me noli vincere; pone ſcyphum.*

OVIDIVS.

Crede mihi miſeros prudētia prima reliquit
*Aulice(crede mihi) miſer eſt,quicumq. falernum*
*Non habet, & liquidis guttura tingit aquis.*

OVIDIVS.

Invia Virtuti nulla eſt via.
*Invia vinoſo nulla eſt via.*

MARTIALIS.

Extra fortunam eſt,quidquid donatur amicis.
*Extra fortunam eſt, quod propinatur amicis.*

OVIDIVS.

Læſa pudicitia eſt nulla reparabilis arte.
*Aulice,amicitia eſt, ſola hac reparabilis arte:*
*Nam bona vina malam conſolidare ſolent.*
*Bacchus enim fractam conſolidare ſolet.*

HORATIVS.

Quidquid delirāt Reges, plectuntur Achivi.
*Quando delirat caupo (miſerabile dictu!)*
*Tunc vinum plectetur aquis.*

OVIDIVS.

Non bene cœleſtes impia dextra colit.
*Non bene Doctores languida vina bibunt.*
*Non bene Primores ruſtica vina bibunt.*

SILIVS.

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherr.merces.
*Ipſa quidem ebrietas vino digniſſima merces.*

OVIDIVS.

Conſcia mens recti, famæ mendacia ridet.
*Menſa mero repleta, coqui mendacia ridet.*

IVVENALIS.

Scire volūt omnes,mercedem ſolvere nemo.
*Et potare volunt omnes, & ſolvere nemo.*

OVIDIVS.

Non habet eventus ſordida præda bonos.
*Eventus nec habent barbara vina bonos.*
*Eventus nec habent peſſima vina bonos.*
*Effectus nec habent optima vina malos.*

OVIDIVS.

Eximia eſt virtus, præſtare ſilentia rebus.
*Eximia eſt virtus, præſtare ſilentia vino.*
*Eſt vino præſtare modum nunc maxima virtus.*

OVIDIVS.

Res eſt ſoliciti plena timoris Amor.
*Naufragium ſubeant alii:te vina repoſcunt;*
*Res eſt ſoliciti plena timoris aqua.*

IVVENALIS.

Maxima quæq.domꝰſervis eſt plena ſuperbis.
*Maxima quæque domus puris ſit plena falernis.*

IVVENALIS.

Lingua mali pars peſſima ſervi.
*Vina bona pars optima cœnæ.*

MARTIALIS.

--Res eſt imperioſa timor.
*Et vini res eſt imperioſa furor.*

IVVENALIS.

Si natura negat,facit indignatio verſum.
*Quæ modò Muſa negat carmina, vina dabūt.*

OVI-

OVIDIVS.
Neſcio quâ natale ſolum dulc.cũctos Ducit.
*Neſcio qua ſeptẽne merũ dulcedine cũctos Ducit.*

OVIDIVS.
Eſt aliqua ĩgrato meritũ exprobrare voluptas
*Eſt aliqua ingrato non propinare voluptas.*

IVVENALIS.
Intolerabilius nihil eſt, quàm fœmina dives.
*Intolerabilius nihil eſt, quàm Liberi & undæ*
*Connubium: ergo ſit Bacchus te Conſule cælebs.*

OVIDIVS.
Verba puellarum foliis leviora caducis.
*Quæ vinum extorſit, foliis leviora caducis*
*Sunt verba.*

OVIDIVS.
Heu! quã difficile eſt, crimẽ nõ prodere vultu!
*Heu! quàm difficile eſt, vinum nõ prodere vultu!*
*crimen vino!*

OVIDIVS.
Vtile propoſitũ eſt ſævas extinguere flãmas.
*Vtile propoſitum vini eſt extinguere flammas.*

OVIDIVS.
--Nihil eſt, quod non effræno captus amore
Auſit.
*Et nihil eſt, cæco quod vini captus amore*
*Non auſit.*

OVIDIVS.
Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt.
*Qui hoc habeat vinum, quælibet eſſe poteſt.*

CLAVDIANVS.
Mobile mutatur ſemper cũ Principe vulgus.
*Mutatur ſemper cum vino mobile vulgus.*
*Non te, ſed peramat tua vina Theocrite: nam ipſe,*
*Hæc cùm mutantur, mutat amicitias.*

IVVENALIS.
Rara eſt adeò cõcordia formę, Atq. pudicitię.
*Rara eſt adeò concordia vini, Atque pudicitiæ.*
*Aulicæ Muſarum & vini concordia rara eſt.*

OVIDIVS.
Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis.
*Ebrietas ſocios proſtravit: ſubrige cunctos:*
*Mutua (crede mihi) cura eſt ſuccurrere lapſis.*

HORATIVS.
--Pictoribus atque Poëtis
Quidlibet audendi ſẽper fuit æqua poteſtas.
*--Pictoribus atque Poetis,*
*Vt haurire velint ſemper fuit ampla poteſtas.*

Sed cur tam multa Muſæ huic decimæ indulgeo? Vt epulo tuo feſtiva interſit, quando adeſſe non poſſum. Sis hilaris, ne ita meam ſalutem optes, vt tuam contemnas. Convivas tuos (dominos & amicos meos) iubeo valere & vivere; imò & bibere, ſi modum prudentia præſcripſerit. Et tu inter Amicorum madidas & doctas inſidias, *Quantum potes, tantum aude*: & diligere perge illum me, à quo ſincerâ devotione diligeris.

# MVSA SECVNDA.

DLXVII.

VBERIOR eſt, & non jam vnum verſum, ſed integra poëmata per parodiam ad alias materias tranſcribit. Multa ſuccurrunt Veterum & Iuniorum exempla: eſſe brevis deſidero, & ideò te potiùs ad fontes remittant, quàm te lectione faſtidiosâ onerabo. In hac & præcedenti Muſâ Ars traductionis eadem: diverſitas in quantitate. Rem exempla meliùs, quàm doctrina dilucidat. Ergo vno aut alterò contenti ſimus.

Exemplum I.

CATVLLVS.

Faſelus ille quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe nauium celerrimus:
Neque vllius natantis impetum trabis
Nequiſſe præterire, ſiue palmulis
Opus foret volare, ſiue linteo.
Et hoc negat minacis Adriatici
Negare littus, inſulâſve Cyclades,
Rhodùmve nobilem, horridàmve Thraciã,
Propontida, trucèmve Ponticum ſinum:
Vbi iſte, pòſt faſelus, antea fuit
Comata ſylva. nam Cytorio in iugo
Loquente ſæpe ſibilum edidit coma.
Amaſtri Pontica, & Cytore buxifer,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait faſelus: vltima ex origine
Tuo ſtetiſſe dicit in cacumine,

Tuo imbuiſſe palmulas in æquore:
Et inde tot per impotentia freta
Herum tuliſſe læua ſiue dextera
Vocaret aura: ſiue vtrunque Iupiter
Simul ſecundus incidiſſet in pedem.
Neque vlla vota littoralibus deis
Sibi eſſe facta, quum veniret à mare
Nouiſſimo hunc adusq. limpidum lacum.
Sed hæc prius fuere: nunc recondita
Senet quiete, ſèque dedicat tibi
Gemelle Caſtor, & gemelle Caſtoris.

## AD CATVLLI VERSVS
### PARODIA ANTIQVA.

*Sabinus ille, quem videtis hoſpites,*
*Ait fuiſſe mulio celerrimus:*
*Neque vllius volantis impetum ciſi*
*Nequiſſe præterire, ſiue Mantuam*
*Opus foret volare, ſiue Brixiam.*
*Neque hoc negat Tryphonis æmuli domum*
*Negare, nobilem inſulàmue Cæruli.*
*Vbi iſte, pòſt Sabinus, antè Quinctio*
*Bidente dicit attodiſſe forcipe*
*Comata colla, ne qua ſordidum iugo*
*Premente dura vulnus ederet iuba.*
*Cremona frigida, & lutoſa Gallia,*
*Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima*
*Ait Sabinus: ultima ex origine*
*Tua ſtetiſſe dicit in uoragine,*
*Tua in palude depòſiſſe ſarcinas*
*Et inde tot per orbitoſa millia*
*Iugum tuliſſe: læua ſiue dextera*
*Strigare mulas, ſiue utrinque cœperat.*
*Neque ulla uota ſemitalibus deis*
*Sibi eſſe facta: propter hoc nouiſſimum*
*Paterna lora proximùmque pectinem.*
*Sed hæc prius fuere: nunc eburnea*
*Sedètque ſede, ſeque dedicat tibi*
*Gemelle Caſtor, & gemelle Caſtoris.*

*Attodiſſe, Depoſiſſe, Strigare,* conſultò ſcripta fuerunt ex vet. cod. vt ſtent verſus.

## PARODIA AD ILLOS
### CATVLLI VERSVS,
### Cuius autor eſt Iulius Cæſar Scaliger.

*Doletus ille, qui necauit hoſpites,*
*Ait fuiſſe carnifex ſacerrimus,*
*Neque vllius furentis impetum manus*
*Nequiſſe præterire: ſiue ſicula*
*Opus foret necare, ſiue linteo.*
*Et hoc negat minacior Druentia*
*Negare ripa, vel pigrè tumens Arar:*
*Vel vrbs negotioſa, uel lutoſa, uel*
*Petita liberalis aula triuijs:*
*Vbi iſte fur Doletus antea fuit,*
*Rapaxque leno. nam Genabio in iugo*
*Silente nocte ſibilum edidit ſuis.*
*Toloſa diues & ſuperba Fuxia*
*Tibi hæc fuiſſe & eſſe perditisſima*
*Ait Doletus: impia ex origine*
*Tuo ſtetiſſe dicit in ſtatumine,*
*Tuum excacaſſe clamat ille carcerem:*
*Et inde tot per inſequentium manus*
*Se hero abdidiſſe: læua ſiue dextera*
*Fugaret aura, ſiue vtrunque carnifex*
*Simul ſe inanis ac dediſſet in pedem.*
*Neque vlla vota carceralibus deis*
*Sibi eſſe facta quum veniret ad mare*
*Toloſa abuſque. nam nihil putat deos.*
*Sed hæc prius fuere: nunc recondita*
*Cibis quiete: ſeque deuouet tibi*
*Megæra Alaſtor, & Megæra Alaſtoris.*

## ALIA PARODIA AD EOSDEM
### CATVLLI VERSVS,
### Cuius autor eſt Ioſephus Scaliger.

*Magirus ille, quem videtis hoſpites,*
*Ait fuiſſe litigator optimus*
*Neque vllius tribunal arduum fori*
*Nequiſſe perſonare, ſiue legibus*
*Opus foret latrare, ſiue iurgis.*
*Et hoc negat ſeuera Nittiobrigum*
*Negare ſepta, Vaſconùmque curias,*
*Aginum inane, Condomùmque inhoſpitum,*
*Lemonicas, trucèſque Petracorios:*
*Vbi iſte pòſt Magirus, antea fuit*
*Lauerna iuris: & patronus in foro*
*Loquente ſæpe voce prodidit reos.*
*Cadurce rabula, & Toloſa contumax*
*Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima*
*Ait Magirus. vltima ex origine*
*Tuis crepaſſe iura dicit in ſcholis,*
*Tua intonaſſe legibus ſedilia.*
*Et inde ſurda per tot vrbium fora*
*Stipem extudiſſe, læua ſiue dextera*
*Rogaret æra, ſiue vtranque pluſcula*
*Pecunia grauaret improbus manum.*
*Neque vlla vota curialibus deis*
*Sibi eſſe facta, quum rediret à foro*
*Onuſtus ære aduſque propriam domum.*
*Sed hæc prius fuere: nunc cibaria*
*Ligurit uncta, ſeque dedicat tibi*
*Culina diues, & culina diuitis.*

## AD EOSDEM CATVLLI VERSVS
### PARODIA ALIA EIVSD. CÆS. SCALIGERI,
### In Vidorem, qui ex pharmacario factus erat clinicus.

*Maranus ille, quem fugaſtis hoſpites,*

*Ait fuiſſe pinſitor nigerrimus:*
*Neque vllius retinnuli globum caui*
*Nequiſſe perſonare: ſiue Barbarum*
*Opus foret rotare, ſiue Agaricum.*
*Neque hoc negat proterua turba Peſſuli*
*Negare, patris atque Sabbatarij.*
*Vbi malus Maranus atra ſordium*
*Patente dicit expuliſſe ligula*
*Recocta mella: nequa ſpuma feruida,*
*Sonànſue bulla ſibilum ederet fuga.*
*Gelata Francia & calens Prouincia,*
*Tibi hæc fuiſſe, & eſſe cognitiſſima*
*Ait Maranus: vltima ex origine*
*Tua in ſenacula intuliſſe Galbana.*
*Et inde erogatu per viatica*
*Famem tuliſſe: læua ſiue dextera*
*Cibum rogare, ſiue vtrinque cœperat.*
*Neque vlla vota pharmacalibus deis*
*Sibi eſſe facta. nam vetabat improbi*
*Reſecta poſthac patris ex origine.*
*Sed hæc prius fuere. nunc Galenica*
*Voratque ſede, ſeque deuouet tibi**
*Marane Vidor, & Marane Vidoris.*

## AD EOSDEM CATVLLI VERSVS
### ALIA PARODIA,
### A Paulo Meliſſo Schedio ſcripta.

*Colonus ille, quem videtis incola,*
*Ait fuiſſe miles impigerrimus,*
*Neque vllius volantis impetum globi*
*Nequiſſe ſuſtinere, ſiue in humido*
*Opus foret coire, ſiue in arido.*
*Et hoc negat triumphum agentis Adriæ*
*Negare littus, extimoſue Cyprios,*
*Hetruriamue, & inclytam Neapolim,*
*Liburniam ſinumue Cretici maris:*
*Vbi iſte, pòſt Colonus, agminis fuit*
*Tribunus antè. nam cohorte in hoſtium*
*Canente mille vulnera edidit tuba.*
*Ibere ductor, & Columna lauriger*
*Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima*
*Ait Colonus. horrida crepidine*
*Tuos ſtetiſſe dicit inter ordines*
*Rubro imbuiſſe vaſta ſanguine æquora.*
*Et inde tot per expatrata prælia*
*Manum tuliſſe, læua ſiue dextera*
*Vocaret ala, ſiue vtrunque Thrax ferox*
*Simul phalangas impuliſſet ad latus.*
*Neque vlla vota Martialibus deis*
*Sibi eſſe facta, quum rediret à mari*
*Lepanthico hunc aduſque Francicum Salim.*
*Sed hæc prius fuere. nunc colit iuga,*
*Serit nouale, ſeque dedicat tibi*
*Amice Liber, atque amica Liberi.*

### Exemplum II.
### CATVLLVS.

Pulchrè conuenit improbis cinædis,
Mamurræ pathicòque Cæſarique.
Nec mirum: maculæ pares vtrìſque,
Vrbana altera, & illa Formiana,
Impreſſæ reſident, nec eluentur.
Morboſi pariter, gemelli vtrique,
Vno in ludulo eruditułi ambo.
Non hic, quàm ille, magis vorax adulter,
Riuales, ſocij & puellularum.
Pulchrè conuenit improbis cinædis.

## AD CATVLLI VERSVS
### PARODIA
### Iulij Cæſaris Scaligeri, De Picato & Ipnio.

*Pulchrè conuenit hiſpidis moloſſis,*
*Ipnio rabidoque, Pittiòque.*
*Ambo in ordine ineruditi eodem:*
*Ambo carnifices periculoſi.*
*Vter pernicioſiorne? Vterque.*
*Ille eſt peſtis acerba veritatis,*
*Hic fomes, pater, autor, educator*
*Morborum omnium & ægritudinum omnium.*
*Pulchrè conuenit inuidis moloſſis.*

### Exemplum III.
### CATVLLVS.

Lugete ô Veneres Cupidinèſque,
Et quantum eſt hominum venuſtiorum.
Paſſer mortuus eſt meæ puellæ,
Quem plus illa oculis ſuis amabat.
Nam mellitus erat, ſuàmque norat
Ipſam tam bene quàm puella matrem
Nec ſeſe à gremio illius mouebat:
Sed circumſiliens modò huc, modò illuc,
Ad ſolam dominam vſque pipilabat.
Qui nunc it per iter tenebricoſum,
Illuc vnde negant redire quenquam.
At vobis malè ſit malæ tenebræ
Orci, quæ omnia bella deuoratis:
Tam bellum mihi paſſerem abſtuliſtis.
O factum malè! ô malæ tenebræ!
Veſtra nunc opera, meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli.

## AD CATVLLI VERSVS
### PARODIA HENRICI STEPHANI,
### De morte ebrioſiſſimi cuiuſdam iuuenis.

*Lugete ô calices capedinèſque,*

*Et*

*Et quantum eſt hominum bibaciorum.*
*Veſter mortuus eſt ſodalis ille,*
*Quem plus quiſque oculis ſuis amabat.*
*Nam rex veſter erat, ſuúmque norat*
*Bacchum tam bene quàm puella matrem.*
*Nec ſeſe à Bromio ſuo mouebat,*
*Sed circumſpiciens modò huc, modò illuc,*
*Ad ſola illius arma geſtiebat.*
*Qui nunc it per iter ſiticuloſum,*
*Illuc vina negant vbi videri.*
*At vobis bene ſit bonæ tenebræ*
*Orci, quæ hæc citò monſtra deuoratis:*
*Tam fœdum barathrum meri abſtuliſtis.*
*O factum bene! ô bonæ tenebræ!*
*Veſtra nunc opera, improbo biboni*
*Vini pernicie haud rubent ocelli.*

Exemplum IV.
EX HORATII CARMIN.
LIBRO TERTIO.

HORATIVS.

Donec gratus eram tibi,
Nec quiſquam potior brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat,
Perſarum vigui rege beatior.

LYDIA.

Donec non alia magis
Arſiſti, neque erat Lydia poſt Chloen:
Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia.

HORATIVS.

Me nunc Threſſa Chloe regit,
Dulces docta modos: & citharæ ſciens:
Pro qua non metuam mori,
Si parcent animæ fata ſuperſtiti.

LYDIA.

Me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornithi:
Pro quo bis patiar mori,
Si parcent puero fata ſuperſtiti.

HORATIVS.

Quid ſi priſca redit Venus,
Diductóſque iugo cogit aheneo?
Si flaua excutitur Chloe,
Reiectæque patet ianua Lydiæ?

LYDIA.

Quanquam ſidere pulchrior
Ille eſt, tu leuior cortice, & improbo
Iracundior Adria:
Tecum viuere amem, tecũ obeã libens.

AD HORATII VERSVS
Parodia Lucij Fruterij.

*FRVTERIVS.*

*Donec carus ero tibi,*
*Nec quiſquam genij munera Douzici*
*Maiori obſequio colet,*
*Viuam Cæſareá ſorte beatior.*

*DOVZA.*

*Donec Fruterius mihi*
*Det notas animi delicias ſui,*
*Me non alterius trahet*
*Ignotúſque nouúſque in ſua iura amor.*

*FRVTERIVS.*

*Me multorum animi fauor*
*Aſtrictum vigili præſidio tenet,*
*Pro queis vltima perpeti*
*Sit deſiderij certa fides mei.*

*DOVZA.*

*Et me multus amor ſibi*
*Addictum valida compede detinet,*
*Pro quo bis peream libens*
*Inſaníſque caput deuoueam ignibus.*

*FRVTERIVS.*

*Quid ſi nil animo tui*
*Dulce eſt Fruterij, præter amabilem*
*Douzei capitis fidem,*
*Mentiſque ingeniíque ingenuas opes?*

*DOVZA.*

*Quanquam multus amor mihi*
*Inſtat, perfidiæ neſcius improbæ,*
*Tecum dulce tamen mori,*
*Tecum viuere ſit, candide Fruteri.*

Parodia hæc varias patitur interpretationes; ſi benigniorem audiat, pio lectori gratias agat Fruterius: ſi duriorem, ſibi imputet, qui potuit prudentiùs ſcribere, & publicare cautiùs.

Exemplum V.
FLORI VERSICVLI
De Adriano Cæſare.

Ego nolo Cæſar eſſe:
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.

ADRIANI CÆSARIS
Parodia qua Floro reſpondet.

*Ego nolo Florus eſſe :*
*Ambulare per tabernas ,*
*Latitare per popinas ,*
*Culices pati rotundos .*

Exemplum VI.

CLaudat ſectionem hanc elegantiſſima Perilluſtris & Clariſſimi D. Iacobi Albani Gibbeſii, Londinatis, Medici, Philologi, Polyglotti, atque adeò Pontificii Eloquentiæ & Hiſtoriæ in almo Romanæ Sapientiæ Lyceo Profeſſoris, ODE: quam *Carmen Seculare* dici voluit, & pro S. R. E. incolumitate in Anno Iubilæi M.DC.L. cùm Innocentius X. Pontifex Maximus Portam Sanctam Majorum more ſolenniter apperiret, publicavit.

*PARODIA AD HORATIANAM ODEN,*
Phœbe, ſyluarumque &c.

*CHriſte, ſtellarumq́; potens Maria,*
*Par Patri ſummo caput, & ſecundum,*
*Supplices audite bono rogati*
*Tempore luſtri:*
*Quo ſacræ Moſis voluère chartæ*
*Virginum miſtas pueris cateruas*
*Debitam pompæ Superûm ſequaci*
*Promere laudem .*
*Viue Fons, iugi ſcatebra reos qui*
*Tingis & purgas, opiferq́; ſemper*
*Laberis; præter nihil ire poſſis*
*Purius Vrbe.*
*Diua, perplexæ Cynoſura vitæ*
*Syrtibus deduc medijs clientes;*
*Si Maris Stellam benè te vocamus,*
*Si benè Nauim.*
*Virgo ſeu dici pudibunda mauis,*
*Æmulam ſerues ſine labe mentem:*
*Seù probas Matrem, ſimili ferantur*
*Lege parentes .*
*Quinquiès quinos cupidæ per annos*
*Cantus vt plebi, redeatque plauſus,*
*Roma dum terris generoſa laxat*
*Ætheris arcam .*
*Tuque non mendax aperire, IESV,*
*Fixa Tarpeio tibi templa ſaxo,*
*Et Fidem æternam fore, ſic maneto, &*
*Frendeat Orcus.*
*Ruris immenſas opulenta fruges*
*Terra miretur: pecoris magiſtri*
*Gaudeant longo numerare pinguem*
*Ordine fœtum.*
*Aëris tractum, iuuenes precamur,*
*Tabis immunem tuearis, ô Sol:*
*Diſſipa craſſas, petimus puellæ, Aurora, tenebras.*
*Iſta, ſi veſtrum eſt decus, iſta ſedes,*
*Vrbium princeps; Galilæa poſtquàm*
*Turba promouit, præeunte Petro,*
*Signa ſalutis:*
*Miſſa pars vaſtas Orientis oras,*
*Pars & Occaſum Fidei docere*
*Tunc nouæ ritus; caput hocque iuſſit*
*Noſcere gentes:*
*O! iuuentuti graue pectus acri;*
*O! probis mortem ſenibus beatam;*
*Copiam lectis, & vtrumque robur*
*Cedite ſeruis:*
*Quique vos rupta ſtetit ante Porta*
*Innocens, farris coluitque flore,*
*Hàc agat victam rabiem luporum*
*Cum grege Paſtor.*
*Iam Palatinis operatur aris*
*Indus, & fallit propè Mecha Thracem;*
*Iam petent Scoti veniam, cruenti*
*Nupèr, & Angli.*
*Iam ſalus, & fas, & amor, timorque*
*Primus, & Virtutis honos reductæ*
*Lucet: apportatque Columba tuti*
*Fœdus Olympi.*
*Vltor, & ſpectandus hiante plaga*
*Chriſtus, elatuſque nouem Choreis,*
*Qui triumphali ſcelus omne mundi*
*Morte piauit,*
*Si videt caſti iuga Vaticani,*
*Vber Æneæ, populumque dexter,*
*Proſperet gazam, ſolidoque mittat*
*Secula cultu.*
*Quæque candentem premit Exquilinum,*
*Linei clamore Maria cætus*
*Plaudat, & pubi teneræ benignam*
*Commodet aurem.*
*His Deum votis, precibuſque Diuos*
*Nuncio allabi monitus, Quirites;*
*Nomen & Chriſti catus, & Mariæ*
*Tollere vates.*

Eſt D. Gibbeſius, ſuaviſſimus & doctiſſimus Vir, Pontifici & Principibus charus: & quia glorioſum eſt à Viris laudatis laudari, addam D. Ioannis de Rubeis eruditiſſimi Scriptoris de Ode præcedenti Iudicium.

*Venit ad manus meas Seculare Carmen Iacobi Albani Gibbeſii, Eminentiſſ. Card. Spadæ in Vrbe Medici, vtrique Phœbo peræque chari; quo nemo propiùs ad vetuſtæ Poeſeos Heroas acceſſit, nemo feliciùs expreſſit vel Maieſtatem Virgilii, vel Martialis acumen: potiſſimùm verò Lyricis excellit, in quibus palmam, nedùm præripuit huius*

*jus ævi ſcriptoribus, ſed antiquis prætereà dubiam fecit. Hoc autem carmine, Seculare Horatii imitatus, non ſeruilem in modum, ſed magno ſpiritu, & pari felicitate, verſuum illius ſcopum, genus, numerum ab Ethnicis ad Chriſtiana ſacra totidem penè ſyllabis traduxit.* Ita ille ad D. Frãciſcum Cajetanũ Sermonetę Ducem ſcripſit.

Ad verſum, *Indus & fallit prope Mecha Thracem.* noto primò erraſſe Onomaſtici authorem, (creditur fuiſſe Calepinus) cùm Thraciam à Boreâ Iſtrio terminat; non enim hunc attingit, nam Myſia inferior intercedit. A Thracia Θράκη, derivatur Θρᾶξ *Thrax*, maſ. & Θρᾶσσα *Thraſſa*, vel Θρῇσσα fœm. Noto ſecundò, *Thrax, acis.* habere incrementum longum: *Trux, ucis.* breve. Virg. 3. Æneid. *Thraces arant: acri quondam regnata Lycurgo.* & alibi, *At Boreæ de parte trucis cùm fulminat, & cùm &c.*

Ad verſum, *Vltor & ſpectandus hiante plaga.* noto in voce *plaga* primam ſyllabam indifferentem eſſe. Virgilius 4. Æneid. *Retia rara plagæ.* & 7. Æneid. *Quatuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui.* Ovidius 2. Triſt. *Non habet in nobis jam nova plaga locum.*

Ad verſum, *Si videt caſti juga Vaticani.* noto vocem *Vaticanus* habere primam longam & ſecundam ancipitem. Iuvenalis, *Et Vaticano fragiles de monte puellas.* Hexam. Horatius, *Redderet laudes tibi Vaticani.* Sapph.

# MVSA TERTIA.

## DLXVIII.

VERBIS Poëtæ ſoluta ſua (aut etiã ligata: ſed rariùs) intermiſcet: & majori eſt digna gratiâ, quo pauciora de ſuo addẽs ſenſum longiùs abducit. Qui eiuſmodi parodias velit texere, indiget eloquentiâ & ingenio: nã reperiuntur nonnullæ valde floccidæ, & ipſæ in viros magnos auſæ. Tiberius Donatus in Virgilii vita, aut quicunque eſt eius autor, *Obtrectatores Virgilio nunquam defuerunt. Nec mirum: nam nec Homero quidem. Prolatis Bucolicis, innominatus quidam reſcripſit Antibucolica: duas modo Eclogas, ſed inſuliſſimè,* παρῳδήσας.

*Quarum prioris initium eſt,*

*Tityre, ſi toga calda tibi eſt, quô tegmine fagi?*

Sequentis,

*Dic mihi Damæta, cuium pecus? ãne Latinũ?*
*Non, verum Ægonis. noſtri ſic rure loquuntur.*

Alius, recitante eo ex Georgicis, *Nudus ara, ſere nudus*, ſubiecit, *habebis frigora, febrem.* In hoc autem Donati loco, pro *Paro quidam*, repoſitum hîc eſt παρῳδήσας, ex veteri codice. Locus enim ille ita in vulg. editionibus ſcriptus eſt, *In Bucolicis enim duas eclogas, ſed inſulſiſſimè, Paro quidam deridet, & ſic deridendo incipit,* Tityre, &c.

APOLLO

# APOLLO AMOEBAEVS.

*Zoïle ne carpas, laudant quæ Alterna Camœnæ*
*Carmina, vel methodo fac potiore tua.*

## DLXX.

AMOIBAIA Græcè, *Alterna* Latinè dicuntur illa carmina, in quibus ſucceſſivè vna (litera, ſyllaba, dictio, pars) negligitur, & alia legitur. Artem hanc ad Muſas ſpectare, conſtat ex Homeri Iliadum primo,

*Pulchraq. dulciſonæ alternantes voce canebant.*

Virgilio, Ecloga 3.

*Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.*

Ovid.

*Blanda quod alterno ſubſedunt carmina verſu.*

Et Garcilaſſo de la Vega, Ecloga 2.

*Eſtaba el Himeneo alli pintado,*
*El dieſtro pie calzado en lazos de oro,*
*De Virgines vn coro eſtà cantando*
*Partidas, alternando, y reſpondiendo*, &c.

[In aliquibus exemplaribus legitur *altercando*, quod in idem recidit.] Et tandem Gongora veterum veſtigiis inſiſtens, Solitudine 1. dixit,

*El lazo de ambos cuellos*
*Entre vn laſciuo enxambre iba de amores*
*Himeneo añudando*
*Mientras inuoca ſu Deidad, alterna*
*De Zagalejas candidas voz tierna,*
*Y de Garzones eſte accento blando.*

Et Solitudinis 2. verſ. 731.

*O quanta al peregrino el amebeo*
*Alterno canto dulce fue liſonja!*

In promotione D. Henrici de Guzman ad Cardinalatum ſylva 2.

*Daràn de Babylonia al fuego entrando*
*Los muros de Sion, mas alternando*
*Hymnos ſagrados, canticos divinos.* &c.

Et in Panegyrico ad Ducem Lermæum, ſtroph. 7.

*Con labio alterno aun oy el ſacro rio*
*Beſa el nombre en ſus arboles grauado.*

Iterumque ſtropha 56.

*Mientras el culto de las Muſas coro*
*Sueño le alterna dulce en plectros de oro.*

& alio præventus conceptu ſtroph. 65.

*Aſtros de plata, que en lucientes gyros*
*Batieron con alterno pie Zafiros.*
*Alternando inſtrumentos, perſuada,*
*O con el caducèo, o con la eſpada.*

ſtroph. 75.

D. Garcia Salcedo Coronel in quodam Epitalamio,

*Duplicado el contento*
*Con dulce alterno canto.* &c.

Et in alio iterum,

*Y en dulce alterno canto*
*Celebren immortales.* &c.

Et quidem videretur Calliope alternativo præſidere Parnaſſo, vnde in Cabalâ dixi,

*Calliope alternos ſaltim modulabitur hymnos,*
*Plurima amœbæo verba ſecando modo.*

Multifariam alternatur ſcriptio. PER LITERAS, vt in hoc Lemmate videre eſt.

*Ecquis eſt maior Pater, & Patriæ naſcentis promotor?* [nnnnv.]

Hîc, in ipsâmet interrogatione reſponſio clauditur, iuxta hanc legem,

*Grammata cuncta rogant, reſpondent quinta petenti.*

quoniam ſi literas quintas colligamus, hoc eſt, omiſſis quatuor quintam quamlibet interlegamus, audiemus Apollinem Amœbæum dicentem IMPERATOR. & meritò. ſinguli enim in ſuis Ditionibus Principes & Primores ſunt Patres: & quoniam Imperator eſt Principum Princeps, erit Patrum Pater, adeoq.

adeoq. Pater Optimus Maximus. Non ſolùm maximus, ſed etiam Optimus; tenetur enim ex officio Patriam ſub ſe naſcentem promovere.

Sicut in exemplo præcedenti literas reſcripſimus, vt reſponſum haberemus, in ſequenti decimas delebimus. Lemma ſummo ab Stephani Tabourotii cap. 13. videlicet.

*Eſt ne hic Alvarus*
*Dux, iam pius, aut iam prudens.*

In quo, ſi invidia decimam quamquam literam deleat, hanc ſententiam relinquet.

*Eſt ne hic avarus,*
*Dux impius aut imprudens.*

PER SYLLABAS, etiam poteſt fieri Alternatio; conſidera ſequens exemplum.

*Quod eſt referas fatidicum divinantibus Sydus?* [nnuv.]

Clauditur in Interrogatione Reſponſio, ſi enim quarta quæque ſyllaba ſumatur, diſcemus, quod ſydus, de quo agimus, eſt FERDINANDVS.

ET PER DICTIONES tandem, & hoc meliùs; vt in ſequenti exemplo videri poteſt.

Iteragebant aliquando nonnulli amici, & incidêre in Arcem, opulentam & divitem, cui præ foribus erat inſcriptum,

*Porta patens eſto nulli claudaris honeſto.*

Et quia ingruebat iam nox, vt ibi hoſpitium quærerent, quidam ex illis contendebat, & Inſcriptionem diſpungebat, hoc modo,

*Porta patens eſto, nulli claudaris honeſto.*

alij, qui feſtinabant, & volebant adhuc vlterius progredi, aliter diſpungebant: & inclementiam Arcis hac lectione inſinuabant:

*Porta patens eſto nulli, claudaris honeſto.*

Sed & Titius, qui ingenio cæteros volebat antecellere, ſic inſit. [ Huius Portæ Inſcriptio ingenioſæ artis plena, jubet vt progrediamur. Eſt amœbæa, & reſpondet huic Lemmati *n. v. n. v.* hoc eſt, *Non valet, valet, non valet*. &c. Omiſſis igitur dictionibus primâ, tertia, & quintâ, manebunt ſecunda, quarta, & ſexta, quarum teſtimonio erit hæc Porta, PATENS NVLLI HONESTO. placuit omnibus amœbæa interpretatio, data à Titio, & progreſſi poſt mediam horam fugientem civitatem inierunt.

Eiuſmodi carmina multa compoſui: nam apud Veteres fruſtrà exempla quæreremus in re ipſis ignotâ. Facilitati conſulitur, ſi interlegendæ literæ, ſyllabæ, aut dictiones, diverſo charactere ſcribantur. Pono exemplum.

Quidquid *erat metri* conabar *mente tueri*:
Dicere *nec placuit*, Verſus *is aſper* erat.

In quo ſi legantur voces Romano charactere expreſſæ, & ſcriptæ grvphio aut curſivo omittantur, orietur hoc Pentametrum,

Quidquid conabar dicere, verſus erat.

# MVSA I. HISPANA.

## DLXXI. LA ROSA.

Romance alternativo por las letras mayuſculas.

INCIPIO ab Idiomate patrio, quod libentiùs ſcribo & lego, quàm Latinum: tum ob rationem generalem, quæ ſuadet ſermonem vnicuique vernaculum, notiorem & gratiorem eſſe: tum ob ſpecialem, quæ probat, multa Hiſpanicè exprimi ingenioſè & acutè, quæ Latinè aut exponi non poſſunt, aut per circumloquia & ambages dicuntur. Vt ergo in aliis linguis te dirigere poſſis, hoc exemplum ſubiicio.

PVRPVRA *precioſa* VISTE,
AMBARES *dulces* RISPIRA,
*vna* PEQVEÑ *ve l*A FLOR
EN*tre eſperanzas laſciva*.

DELEYTOSO *oſtenta el* PRADO
*mayor* SOBERBIA, *que Midas*
CON LA POMPA DE SV*s glorias*,
*y* ESTADO*s de maravillas*.

*pero* NVNCA *ſe* CONTENTA,
PORQVE *ſiempre* A MAS ASPIRA,
*aunque* DE SV *eſplendor* VANO
*el* COLOR ES LA MENTIRA.

CA-

CAMA *ſumptuoſa* DE CAMPO
*el prado* OFRESCE A SV *ninfa*;
CVYDADO*ſo*, *porque a vezes*
CORTES EL CIELO LA *mira*.

QVANTO *mas* ENAMORADO
ENTRE *el* NECTAR, *que es ſu vida*,
*nuevo* ESPIRITV LA *dà*,
*y nuevo eſplendor la* INSPIRA.

*horrible al* PONE*r* SE EL SOL
YEL*os le* OFRESC*e hom*I*ci*D*a*
*la n*O*che*: *la flor ſu* LECHO
*campo* IVZGA *de milicia*.

*yà mas* PRVDENTE *ſu* CAMPO
*or*DE*na*, BATALLA *intima*,
PORQVE *pretende* DE NOCHE
*oſte*N*tar c*O*n ſu luz di*A.

Y *con* VALOR *mas* SEGVRO
*ſe en*CVBRE *en* SVS GLORIAS, *cima*
*de* VERDE *carcel*, *d*O *encuent*R*a*
*aſylo* ESTRECHO *en ſi miſma*.

OjAS PREVIENE *en defenſa*
POR MEJOR *ardid*: *y herida*
*deſde ſu* MVRALLA *ajada*
*rayos de ambares fulmina*.

Y AVN APENAS *de eſte modo*
*puede* CONSERVA*r* SV *vida*:
SER*virla* PV*ede ſu exemplo*
*pa*R*a tem*O*r de ſi miſma*.

Monebamur in titulo majuſculas ſeu capitales literas poſſe ſeorſim interlegi; experiamur, quid tandem illæ dicent. & Muſam iterum audiamus.

## L A F L O R.

*Purpura viſte, ambares reſpira,*
*Pequeña flor en deleytoſo prado,*
*Soberbia con la pompa de ſu eſtado,*
*Nunca contenta, porque a mas aſpira.*
*De ſus vanos colores la mentira*
*Cama de campo ofreſce a ſu cuydado,*
*Cortès el cielo, quanto enamorado*
*Entre Nectar eſpiritu la inſpira.*
*Poneſe el ſol, y el ofreſcido lecho*
*Iuzga prudente campo de batalla;*
*Porque de noche no ay valor ſeguro.*
*Cubre ſus glorias de verdor eſtrecho,*
*Ojas previene por mejor muralla,*
*Y aun apenas conſerva ſu ſer puro.*

# M V S A II. L A T I N A.

## DLXXII.

HISPANICAM ſequitur Muſa Latina, quæ alibi præceſſit omninò. Obſervavit Amœbæorum præcedentiũ ſyntaxin, & imitabũda ſumit calamum, alternationeſq. ſubſequentes ſcribit.

Poteſt per literas, ſyllabas, & dictiones procedere: Exẽpla tu ſubſequentia cõſidera.

De Christo in Templo perdito.

PERDITVR *ætherei* ALTIPOTENS *Moderator Olympi*
DOCTORES INTER *Chriſtus* HONOR*ifi*COS.
ERGO, QVI *inveniat* DOCTOS *legiſq. peritos*
*Divinæ, inter eos* INVENIT IPSE DEVM.

In hoc Tetraſticho Muſa Amœbæum modulatur, & ipſa gubernatur hoc Lemmate: *Grammata Tu parvis neglectis magna reſumas.* quod, ſi præſtiteris, invenies duos verſus ſequentes.

*Perditur altipotens Doctores inter honoros:*
*Ergo qui doctos, invenit ipſe Deum.*

Et, ſi carmine Hiſpano hunc conceptum velimus exprimere, Tetraſtichum illud prius, & poſterius Diſtichum, ad hoc Decaſtichum, quod genus metri ab Authore Spinelio, *Spinelium* vocatur, reducetur.

*Perdiòſe entre los Doctores*
*Dios, y no fuè maravilla,*
*Porque dò pone ſu ſilla,*
*Allì ſe pierde de amores.*
*Y pueſto, que ſus favores*
*Se hallan jamas con agravios,*
*(Pues de ignorancia reſabios*
*Eſtos ſon) perdido Dios,*
*No le podrèis hallar vos,*
*Si no vuſcais a los Sabios.*

Erat ad manus Satyra, in Scientiarum Profeſſores ſcripta, inde contra Doctores & Ecleſiaſticos ſcommata acutiora eruens, quod in templo Chriſtus & apud Doctores fuerit per-

perditus : quam tamen vt iniurioſam & minus neceſſariam omitto .

*De Hiſpaniarum Rege*
PHILIPPO.

SPIRLTVS ÆTHEREVS(DE cuius ſCEPTra
gVbernas
Munere)IN æterNO nuMINE præbet
opem.
marte quidem VESTRO DE CoEPTis mūdVS ovantem
majorem PRCPRIO te quoque MARTE
CANIT .
aſtra ſuperQ; POLVM D E CEt aPTVM
quærere MVNDVM
hic LICET immenſus pondere , paruvs
erat .
OMNIS HONORificis lauris locus atque
trophaEiS ,
ESTque tuo eximio nomine terra minor .
GENS quamvis DEDERIT gazas , PELAGVSque pyropos ,
immenſoſque auri BELLICA TERRA globos
tunc POLVS : hæc ſi digna putant ſplendore Philippi ,
FALLVNTVR SIQVIDEM munEra nulla
Satis
DIGNVS es obſequiis MAIORIBVS , omine
& ARIS ,
cùm digna eſt pedibus NVLLA corona
TVIS.
QVANtumvIS aliis lauri ſint M A X I M A
DONA
cùm herôum geſtis fata SATIS faciunt .
SI FORSAN QVArtus NacTOs DESCRIPSerIs orbes
DIGNVS HONORE tuos , terminus omnis abESt.
TERMINVS EST NVLLVS , ſiquidem armis
TVNC QVOQVE finis
nullus erit DECorIs : PanIA ſemper
eRit.

Dura & difficilia tibi viderentur hæc carmina , & ignorares vſum , ni te moneret iſtud ſapphicum .

*Iunge maiores , reliquas omitte*
*Literas ; illa reſonante Metro*
*Termino nullo celebrare pergent*
*Geſta Philippi.*

Hoc carminum cõtextu Muſa latebat Amœbæa , & è latebris exiens, non ſolùm manet culta , ſed occulta : nam literæ capitales , ſi coëant , dabunt hæc carmina ,

*Spiritus æthereus deceptum nomine veſtro,*
*Deceptus proprio Marte canitque Polum.*
*Deceptum vidit Mundum, licèt omnis honores*
*Gens dederit,Pelagus, bellica Terra, Polus.*
*Falluntur, ſiquidem es dignus maioribus aris,*
*Nulla tuis (quamvis maxima) dona ſatis.*
*Si forſan quanto deſcripſi dignus honore es ,*
*(Terminus eſt nullus)tunc quoque decipiar.*

Et quid , quæſo , ſignificant hæc carmina ? Steganographica ſunt, & clavi indigent. Artem Amœbæam clarè tradunt, at ſenſum obſcurum præſeferunt,ſed tempori,quo condita fuerunt, accommodum. Quouſque clavim tradere placeat , hæc Hiſpanica carmina iuvare meum Lectorem poterunt.

*Quando engañado mi intencion engaño,*
*Engañame el valor el ſentimiento ,*
*Pueſto que por engaño el penſamiento,*
*Emprendiò tanto bien con tanto engaño.*
*Pude tener en eſte engaño daño ,*
*Que ſi con el engaño me ſuſtento ,*
*Ay en el deſengaño detrimento,*
*Y aſsi engaño mi miſmo deſengaño .*
*Engaño fuè , pues por engaño quiſe*
*Deſengañar a todo el univerſo,*
*Que en vueſtro nombre tanto ſe engañaba.*
*Y aſsi deſengañado de lo que hize ,*
*Sin engaño conozco , que mi verſo*
*Es engaño , que aquello,que penſaba ,*
*Pueda emprender;y aſsi por deſengaño,*
*Pido ſolo perdon de tanto engaño .*

Magno enim Dei beneficio Hiſpaniæ conceſſus eſt Philippus IV. cognomento Magnus : & quidem tam magnus pietate & virtute , vt decipiatur Apollo licèt eruditiſſimus , qui velit illum dignis laudibus concelebrare , decipiarque etiam ego ſi innumerabiles eius prærogativas velim tenui verſu complecti ,

*Ratio conficiendi Diſticha .*

FEci non pauca Hexametra, quæ Muſa Alterna verteret in Pentametra:& vtebar hac lege .

(-◡◡-◡)◡-◡(◡-)◡◡(-◡)[◡-◡◡]

Quæ non ſolùm pronunciat, quantæ, & quo ordine ſyllabæ ponendæ ſunt, ſed jubet , vt omnes quæ clauduntur parentheſi rotundâ : videlicet ( ) ſcribantur determinato aliquo characterum genere: & quæ quadratâ , alio diverſo: & quæ extra ſunt, alio diſtincto, vt bene à cæteris diſtingui poſſint . Sit loco exempli hoc carmen ,

Cœlipotentis *Olympus* honos *erit* altus ATLANTIS.

eſt hexametrum ; &, ſi legas priùs dictiones Romano ( rotundo ) charactere ſcriptas, & deinde ſcriptas Gryphio (ſeu curſiuo) profe-res hoc Pentametrum :

Cœlipotentis honos altus *Olympus erit*.

Si contraria lex placeat : veliſque Pentametra condère, quæ in Hexametra tranſeant, hi numeri ſervandi ſunt.

(- ∪∪-)--∪(-∪)--∪(∪-∪∪)

quibus correſpondent hæ voces.

I IV. II. V. III.

Auricomo *æternus* veſtit *honore* ſacros.

quæ Pentametrum verſum conſtituunt : &, ſi ſubeſſe jubeantur Alternativæ Muſæ imperio, dabunt iſtud Hexametrum.

Auricomo veſtit ſacros *æternus honore*.

ex his duobus fieri poſſunt Diſticha, atque ideò Tetraſticha, de quibus nonnulla ſubſcribo.

*Ratio conficiendi Tetraſticha.*

CVM eſſem adoleſcens Salmanticæ, Theſes Theologicas Angelico Doctori conſecravi, & præfixi hæc Tetraſticha, quæ fuerunt à multis laudata, & apud aliquos, vt nova omnia ſolent, admirationem & applauſum meruerunt. Ea ſubjicio.

DOCTORI ANGELICO.

*Cæleſti* auſpicio *Thoma* ſecreta *recludis*
*Mente* potens *decoras*, & decorata *colis*.
Propago *Inſignis* Doctoris *Dogmata*: Mũdus
Pectine *ſcripta Patrũ*, CARMINE facta canat.
*Tu Lyceũ* Angelico *Thoma* ſplẽdore repleſti.
*Laude* Scholas *celebri*, *Sol* fovet orbe *nouus*
Reflexo *Eximiũ* TE & cãtat *carmine* Tellus,
Et tua *concelebrat* dicta SACRATA Polus.
*Euterpe* ecce tua eſt *radiis* redimita *trigrãdis*,
*Chara* Theſis *Sophiæ*, *dũ* ſuper aſtra *volat*.
Retracta *è terris* illuſtris *Numine* ſurgit,
Sed tua *multipotens* lingua, MANVSQ; regit.
*Europe* accumulat *lauros*, monumẽta *ſacrauit*
*Fauſta* tibi, *pharetras Mars* litat, aſtra *dicat*.
Supremo *Empyreum* Doctori *ſydera* cœlum
Fulgida *templa ſolii* ſerta POLVSQVE parat.
*Nãq, Tibi* innumeris *titulis* doctrina *refulget*
*Fertq*; diem, *tenebras vi* manifeſta *movet*.
Sacrato *exſurgit* vitæ laus, *Nomine* Divos
Vt ſua *perpetuo* Fama NITORE colat.
*Noſtra tibi* Eximio *hæret mens*, Vir Magne, *ſacrantur*
*Dogmata noſtra* Tibi, *Mars* ſacer arma *dedit*.
Sacravi *ingenium* ; parvæ hæc, ſed *munera* dans hæc
Creſcit in obſequio, LAVDAT, & *auget Amor*.

Tres characterum formas in his reperiuntur Tetraſtichis : Romana ſeu rotunda, Gryphia ſeu curſiva, & capitalis, ſeu majuſcula. Ergo, vel lege ſolas dictiones Romanas, vel ſolas curſivas, vel ſolas capitales ; & reperies ſenſum verſumque, vt carmina ſequentia pollicentur.

*Perlege cuiuſvis ſpeciei grammata: quævis*
*Illorum ſpecies Thomæ modulabitur acta,*
*Laudabit ſcripta, & calami miracula dicet.*

Periclitemur igitur, an noſtra Muſa ſtet promiſſis. Incipiamus à dictionibus curſivo charactere ſcriptis, & illas ſeorſim colligamus.

*Cæleſti Thoma recludis mente decoras,*
*Et colis inſignis Dogmata ſcripta Patrum.*
*Tu Lyceum Thoma repleſti laude celèbri :*
*Sol novus eximium carmine concelebrat.*
*Euterpe, radiis Trigrandis, chara Sophiæ,*
*(Dum volat e terris Numine multipotens*
*Europe) lauros ſacravit fauſta; pharetras*
*Mars dicat, Empyreum Sydera, templa ſoliĩ.*
*Namq. tibi titulis refulget, fertque: tenebras*
*Vi movet : exſurgit nomine perpetuo.*
*Noſtra Tibi hæret Mens : ſacrantur Dogmata noſtra:*
*Mars dedit ingenium, munera & auget Amor.*

Recognoſcamus etiã dictiones ſcriptas charactere rotundo ſeu Romano, & videamus qualem ipſæ ſenſum & metrum exhibeant.

Auſpicio ſecreta potens decorata propago :
Doctoris Mundus pectine facta canat.
Angelico ſplẽdore ſcholas fouet orbe reflexo
Te cantat Tellus, & tua dicta Polus.
Ecce tua eſt redimita Theſis: ſuper aſtra retracta
Illuſtris ſurgit, ſed tua lingua regit.
Accumulat monumenta : tibi litat aſtra ſupremo
Doctori Cœlum : fulgida ſerta parat.
Innumeris Doctrina diem manifeſta ſacrato,
(Vitæ laus) Divos vt ſua fama colat.
Eximio, Vir macte, Tibi ſacer arma ſacravi :
Parua hæc, ſed dãs hęc, creſcit in obſequio.

Denique, ſi omiſſis Romanis Gryphiiſque, dictiones illæ ſolæ, quæ maiuſculis ſunt literis expreſſæ legantur, invenientur hęc verba,

CARMINE TE SACRATA MANVSQVE, POLVSQVE NITORE,
LAVDAT [*Apollo melo te celebrare poteſt.*]

HÆC Tetraſticha poſtulare videntur, vt numeros & leges ſubiiciamus, quas qui ſervet, in eorum compoſitione non poſſit errare, vel falli [Vtar notis, vt ſoleo. ∪ vel v, ſigni-

| Y Laudat honos lauros. | Y radians | Y de Numine | Y lucens |
| Z Laurea fata meant. | Z modulans | Z tua Numina | Z fulgens |

Vſus hujus Diagrammatis eſt idem cum præcedētibus:ſumimus enim dictionem pro litera, cùm ſcribimus; literam pro dictione, cùm legimus.Venit ad te Petrus,& præſentavit hanc Comitis Aurelii epiſtolam.

*Nomina fecit honoſq. modis ſuper æthera ſurgit,*
*Deſuper aſtra volat; fidibus generoſaq.Mavors*
*Collaudat:Mundus (Mavors legit)omina amabat,*
*Dædala dum tellus, numeriſq. oracula pandit,*
*Concinit auricomis lauris, tua ſtemmata cantat:*

Ludit,obluditq.verbis Comes,at magno conſilio & ſecreto, Petri enim qualitates deſcribit, & quanti à te fieri debeat exponit: quoniam dictiones iſtæ ſi ſtemus præcedenti Diagrammati,correſpondent his literis.*Petrus eſt homicida.* quæ brevem ſententiam, ſed quæ multas parturiat conſequentias, cōplectitur.

Poſſumus ſcribere Græcè, Hungaricè, Germanicè,aut quacumque aliâ lingua,quādo carmina Latina pangimus.Pono exemplū.

*Nomine in æternum celebris.ſuper æthera notus,*
*Sydera concelebrent,numeros cū carmine plaudēt,*
*Conſurgis Princepſq.modiſq.oracula Phœbi*
*Sydera concelebrent:fidibus tua ſtemmata plaudēt.*
*Nomen in æternum plauſu,tua fataq.monſtrat*
*Magnus Ephœbus,amet verſus,cœleſtia laudet,*
*Arma verumq.canat,modulis cū carmine plaudat.*

Hi verſus anno M.DC.XXI.lecti fuerunt Madriti à Sereniſſimo Carolo, Walliæ Principe, Duce Eboraci, qui poſteà fuit Rex Angliæ,à ſuis ſententia publica decapitatus: & ſi nihil aut culti aut occulti in illis inveniri dicenti, communicata Clavis fuit,(videlicet antecedens Diagramma) vnde prodierunt, vt vnaquæque dictio (ſimplex, compoſita-ve) vnius literæ valorem habeat,& iſtā veriſſimam ſententiam conforment, *Luther decciues allthe World.* hoc eſt, *Lutherus dècipit orbem terrarum vniverſum.*

SEd quot,quæſo, verſus ex hoc Diagrammate prodire poterunt?

| |
|---|
| 24 |
| 24 |
| 96 |
| 48 |
| 576 |
| 24 |
| 2304 |
| 1152 |
| 13824 |
| 24 |
| 55296 |
| 27648 |
| 331776 |

Singulæ columnæ habēt voces 24:ergo 24 ductæ in 24.dabunt 576: quæ tandem ductæ in 24. dabunt 13824: quæ tandem ductæ in 24. dabunt 331,776. hoc eſt,*Verſuum trecenta triginta & vnum millia, ſeptingenta & ſeptuaginta ſex.*

Prima columna continet voces è duabus aut tribus compoſitas; quas ſi divideremus, poſſemus conſtruere Orchema, melius & numeroſius.

## DLXXXVII.

VErba vltima relegis,& quia tibi compoſita voces non placent,& ſimplices libentiùs haberes, poſtulas, vt aliud Diagramma producā,in quo voces non componantur. Tibi adquieſco; &, vt obedientiæ meæ promptitudinem videas,hoc ſubjungo.

Ty-

A B C D E — F G H I K — L M N O P — Q R S T V — W X Y Z —

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Tytirus | ingrediens | cunctos | terrore | replevit |
| Angelus | excelſus | ſurdos | clamore | fatigat |
| Muſicus | inſulſus | fortes | bellando | reſervat |
| Ianitor | extremus | populos | pugnando | refundit |
| Creditor | indomitus | aptos | flectendo | reprendit |
| Teſteq. | Romano | proxima | ſtella | cadit |
| lumine | formoſo | candida | luna | micat |
| vortice | præcipiti | plurima | turba | volat |
| fulmine | terrifico | blandula | forma | tumet |
| murmure | ridiculo | florida | Virgo | rubet |
| Haſtiger | intrepidus | medicos | currendo | redemit |
| Villicus | inſignis | reduces | tolerando | colorat |
| Arbiter | erectus | miſeros | ponendo | diremit |
| Auceps | ambiguus | paucos | fugiendo | fefellit |
| Caſtalus | infelix | noſtros | recreando | retardat |
| turbine | commoto | maxima | bacca | viret |
| flamine | ventoſo | fervida | porta | perit |
| flumine | permagno | commoda | petra | ruit |
| carmine | perpetuo | cœlica | flora | cubat |
| limine | recluſo | myſtica | funda | manet |
| Comicus | impavidus | multos | cantando | moleſtat |
| Cantaber | excellens | refugas | cunctando | relaxat |
| Iſmarus | exiguus | veſtros | captando | beavit |
| Armiger | extremus | dominos | laudando | ſalutat |
| Ruſticus | indocilis | mimos | imitando | gubernat |
| Phaſmate | multiplici | cærula | concha | nitet |
| pondere | diſpoſito | ſplendida | terra | tepet |
| ſtipite | prævalido | cornea | cera | placet |
| littore | reſtricto | perdita | cauſa | ſtrepit |
| gurgite | conſtanti | frigida | chorda | fremit |
| Dædalus | eludens | iuvenes | clangore | cecidit |
| Signifer | emeritus | famulos | ſpernendo | coronat |
| Heſperus | illunis | dociles | pugnando | reduxit |
| Princeps | innocuus | trepidos | gravitate | removit |
| Heros | egregius | ſocios | terrendo | fugavit |
| palmite | gratuito | tetrica | charta | latet |
| pulvere | condenſo | tertia | criſta | valet |
| culmine | ſupremo | ſubdita | cymba | patet |
| dogmate | divino | ſaxea | cura | nocet |
| fœdere | flexibili | ſedula | maſſa | madet |
| Legifer | eximius | lepidos | orando | repreſſit |
| Iudex | ignotus | doctos | ſtringendo | ſecundat |
| Tantalus | illepidus | ſuperos | turbando | refrænat |
| Martius | inviſus | gentes | remeando | coërcet |
| frigore | ſtringenti | claſſica | ſylva | tonat |
| nectare | perdulci | bellica | muſa | ſonat |
| tempore | continuo | concava | meta | tremit |
| vulnere | deſtructo | condita | menſa | ſcatet |

Diſticha complectitur carmina, quæ etiam linguæ Latinæ rudis poteſt pangere. Praxis eſt eadem. Hoc exemplum produco.

Scîmus eâ die, quâ Iulius Cæſar fuit occiſus, vnum libellum recepiſſe; quem, ſi legiſſet priùs, quàm Senatum iniiſſet, fuiſſet à morte præſervatus. quænam ille verba continuerit, neſcîmus: hæc præſetuliſſe ſupponamus.

*Ruſticus excellens veſtros flectendo redunit,*
*Gurgite Romano tertia ſtella nocet,*
*Auceps illunis ſocios captando remôvit,*
*Fœdere divino commoda cauſa tumet,*
*Auceps indomitus, paucos captando redûnit,*
*Murmure prævalido proxima cura madet.*
*Princeps indomitus, dominos bellando reſervat,*
*Carmine terrifico proxima cera nocet.*

Non careret libellus congruo ſenſu, ſi ad hieroglyphica vellem recurrere: at non cortex reſpici debebat, ſed nucleus. Ergo dictiones iſtæ debebant ſteganographicè conſiderari: literę enim, quibus illæ reſpondent, reddunt ſententiam hanc, *Omnes parati ſunt, vt hodie in Senatu te occidant*.

Hæc ſunt Theodomire doctiſſime, quæ poſtulas, quæ ſcire deſideras. Si alia velis, me mone, & vale.

# APOLLO

## ORCHESTRES.

*Ludimus hîc metris, ludendo addiſcimus: ergo,*
*Qui ludos alios damnas, hunc laudibus effer.*

### DLXXXVIII.

L*Atoides arcum non ſemper tendit Apollo*, ſed interdum ad orcheſtram & gymnaſium veniens, ludo præſidet. Vt igitur Philomuſus ſciat ſtudendo ludere, & ludendo ſtudere; vt relaxare poſſit animum ſine ſcientiarum detrimento, ludum in Parnaſſo ipſo aperio, & Muſas advoco, vt ſtudioſos recreent, & ludos diverſos inſtituant. Ludos, inquam; non luſus; nam, ſi obtinet adſignata à Laurentio Vallâ differentia, & qui ob animi relaxationem & reſtitutionem adſumitur, eſt *Luſus*, & qui ob lucrum, *Ludus*; ludos inſtituunt Muſæ, in quibus & lucrari aurum poſſis, & Metricæ notitiam penitiorem debeas. Incipiam igitur à ludo faciliori, & paulatìm ad difficiliores progrediar.

# MVSA I. CARMENTA.

℞ DLXXXIX.

NICOSTRATA Evandri Mater, Sacerdos fatidica; à carminibus, quibus dabat Oracula, nomen accipit, & *Carmenta* fuit dicta. Hæc erexit portam Civitatis, quam *Carmentalem* prius, & demum *Sceleratam* vocarunt. Virgilius Operis Divini octavo,

*Et Carmentalem Romano nomine portam.*

Et cur *ſcelerata* fuit dicta? Per illam contra Hetruſcos egreſſi fuerunt ſex & trecenti Fabii: & omnes ab Hetruſcis occiſi. Ouidius Faſt. 2.

*Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes:*
*Ad bellum miſſos abſtulit vna dies.*

Et ideò vulgus, quam *Infauſtam* deberet, *Sceleratam* appellat; innocentiſſimamq. perfidiæ notâ temerè & audacter inurit. Idem Ovidius ibid.

*Carmentis portæ dextro eſt via proxima Iano,*
*Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet.*
*Illâ fama refert Fabios exiſſe trecentos;*
*Porta vacat culpa, ſed tamen omen habet.*

Obediamus igitur Ovidio, & per Carmentalem hanc portã non egrediamur: atqui egredi inhibet, omnes per illam intrare in Parnaſſum permittit: egredientibus enim, nõ autem introeuntibus infauſta eſt.

Et quid hodie ingreſſi in Parnaſſum faciemus? Animũ laſſum & laboribus fractum luſu Carminum recreabimus & recuperabimus. Attende. Iam ſumus in gymnaſium ingreſſi. at in muro ſunt lineæ aliquæ ſcriptæ. Illas lego.

LVDI METRICI LEGES.

Prima. *Poeta à quo excerpendi verſus ſunt, communi conſilio eligatur.*

Secunda. *Provocans proferat verſum, quem velit. Et ſtatim provocatus reponat alium, qui ab illa incipiat litera, in quam prior deſinit. Tunc iterum provocant, ſumet vltimam literã auditi carminis, et ab illa incipiet. Et ſic alternatiuè vlteriùs.*

Tertia. *Qui non habet verſum, quem proferat, pretium perdit. Solvit, & proferre alium verſum permittitur.*

Pulchræ leges: &, vt video poterunt pulchræ ſententiæ excidere impetu extemporaneo. Vt meliùs intelligamus leges ludi, exemplum hoc ex Corippo Africano ſumamus.

lib. §.

B. *Contigit vt Princeps Auguſtus limina tẽpli.* 3. 1.
A. Incubuit lachrymans, atq. oſcula frigida carpſit. 3. 1.
B. *Tiberius, curaſq. omnes implebat, vt omnis* 4. 5.
A. Sit cẽſura Patrũ: ſit diſciplina per orbẽ 2. 6.
B *Mors venerãda viri, ſignis mõſtrauit apertis* 1. 13
A. Sollicitudo Patrum: nam quis tentaret obeſſe? 1. 12.
B *Exoritur lætũ jucunda per agmina murmur,* 2. 7
A. Rareſcũt luci; campi ſpoliantur opaci: 4. 1.
B. *Iure ſuas diſpenſat opes, qui continet orbem.* 3. 7.
A. Murorum in morem dextram lævamq. tegebat 3. 5.
B. *Terribilis, mitiq. magis pietate tremendus,* 4. 1.
A. Scuta ſub erectis cõiũgens aurea pilis 3. 5.
B. *Saltatus, riſus, diſcurſus, gaudia, plauſus.* 3. 2.

Sequens verſus ſemper incipit à literâ, in quã deſinit immediatè antecedens, & ſenſus non eſt omninò abſonus; & hæc ſufficiant, vt Cãdidus Lector, poſſit dirigi, vel ludat carminibus, vel illa ſeriò frangat, & in novas formas & ſententias perducat.

Hoc ludo ſe recreant interdum Religioſi, verſus ex Davide ſumendo. Eſt enim hæc exercitatio pia, & valdè vtilis, vt Pſalmi memoria teneantur. Ergo breve aliquod ſubſcribamus exemplum, vt vſus etiam hic cognoſcatur.

A. *Dixit Dominus Domino meo: ſede à dextris meis.* Pſalm. 109.
B. *Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.* Pſalm. 122.
A. *In conuertendo Dominus captivitatem Sion: facti ſumus ſicut conſolati.* Pſalm. 125.
B. *Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.* Pſalm. 118. *&c.*

Ergo, ſi ſic te exerceas: habebis ſimul recreationem, devotionem, & ſcientiam. Recreationem; quoniam omnis ludus eò reſpicit, vt animum laborantem & oppreſſum reſtauret. Devotionem: quia hoc vel illo ordine verſus Davidis dicere, pſallere eſt. Scientiam, quia ſic, ſine magno labore, adiſcuntur memoriter, & retinentur Pſalmi. Quam ob rem ludus iſte deberet Eccleſiaſticis vniverſis proponi.

MV-

# MVSA II. TALARIS.

DXC.

Oſſicula quædam quadrata, quibus in ludo vtebantur Romani, vocabantur *Tali*. Non erant figuræ cubicæ; ſed parallelogrammæ, non enim exhibebat niſi quatuor numeros, etſi eſſet cubica, exhibere ſex poſſet: nulla enim eſt in cubo facies, quæ non poſſit manere ſuperiùs. Puncta erant hæc: 1.3.4.7. ſeptenarius opponebatur Vnitati, necnon Quaternarius Ternario. Latus, quod præſeferebat vnitatem, vocabatur *Canis*, & dimunutione vocis *canicula*; quæ *damnoſa* dicitur à Perſio: nam qui illam jecerat, vnum nummum tenebatur deponere. Ternarius dicebatur *Chius*, & Quaternarius *Senio*, tres ille, quatuor hic nũmos lucrabatur. Et tandem ſeptenarius, qui dicebatur *Venus*, omnia, quæ à canibus erant depoſita, & præter ea lucrabatur ſex nũmos. Aliquibus erat quaternarius (ſenio) inviſus; & ideò æquè ac vnitas (canis) condemnabatur. Suetonius de Auguſto. *Talis jactatis, vt qui canem aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos, ſingulos denarios conferebat in medium, quos tollebat vniverſos, qui Venerem jecerat.*

Nos hodie paulò aliter ludimus talo. Vtimur enim ipſomet oſſe, quod ab Hiſpanis *Taba* dicitur: vnde *Iugar a la taba*, eſt idem ac ludere talo. Habet os illud quatuor facies, quę inſigniuntur, & diſtinguntur his nominibus: *Pon, Dexa, Saca, Todo.* hoc eſt, *Pone vnum nummum. Relinque: adeoq. nec ponas, nec extrahas. Extrahe vnum nummum. Totum capias*. In initio deponit vnuſquiſq. vnum nummum: & poſteà extrahit, aut addit, quod talus præcipit.

Ludus iſte apud Hiſpanos non videtur ingenuus, nam talo (hoc eſt, oſſe, quod vocatur *taba*) tantùm laniones & inferioris fortunæ homines vtuntur hodie: at larvatus tranſivit ad Regum & Principum aulas: aliàs enim oſſis figura ex argento formatur, vt videatur decentior: alias etiàm mutatur in turbinem, qui *la Perinola* ab Hiſpanis vocatur, & quatuor habet latera inſignita iſtis literis, P.D.S.T quæ exponuntur, vt priùs.

Vidiſti Talorum ludum apud Romanos veteres & apud iuniores Hiſpanos, & doceri vis, qualiter Talis in Parnaſſo ludatur.

*Primus Modus.*

Formatur Talus parallelogrammus: aut Turbo, & inſignitur iſtis literis. I.N.L.A. quæ his correſpondent verbis.

*Innumerabilibus numeris laudetur Apollo.*

Hic debet verſus talo exprimi. Ergo ſinguli deponunt ſymbolum (Hiſp. *vn tanto*: pretium determinatũ) & incipiunt ludum, qui in quatuor agonibus conſiſtit: in primo enim agitur de jaciendâ literâ I: in ſecundo de N: in tertio de L: & in quarto de A: & hoc modo proceditur. In primo agone, projicitur talus (aut torquetur turbo) quouſq. prodeat I. Qui aliam literam jecerit, deponit vnum: [& hoc in omni agone obſervatur: quicumq. enim literam non convenientem jacit, deponit in medium vnum ſymbolum.] qui jacit I. extrahit vnum: & ipſe imponit finem primo agoni, & dat alteri initium: adeoq. iterum projicit, (eſt enim privilegium victoris, vt bis jaciat) & progrediuntur, quouſq. prodeat N. Qui illam jecit, extrahit vnum, & impoſito fine ſecundo agoni, progrediuntur ad tertium. Victor projicit talum, & quando emergit L. qui illam jecit, extrahit vnum, & terminans agonem penultimum, progreditur ipſe tanquam victor. & quia exitus acta probat, ille qui in quarto agone jacit A; carmen complet, & quia ab eo *Innumerabilibus numeris laudetur Apollo*, mediam partem nummorum, qui fuerint in mẽſâ (Hiſp. *en la polla*) lucratur.

His expletis progrediuntur ad Pentametrum, quod tribus completur agonibus. nempe LNI.

*Laudetur numeris innumerabilibus.*

in illis eodem modo proceditur: & tandem qui in tertio jacit I. Apollinem *laudavit numeris innumerabilibus*, & totum, quod depoſitum in menſâ, adquirit.

Sic abſolvitur ludus, & iterum ad principium venitur: Et debet primus talum jacere, qui in ludo præcedenti fuit victor.

Hoc ludo Carminis Elegiaci adquiritur ſecura Idea, quam Modi ſequentes perficiẽt.

*Secundus Modus.*

VNuſquiſq. debet habere quatuor Talos, & Ornatos his vocibus.

I. *Innumerabilibus metris laudetur Apollo.*
II. *Inſuperabilibus numeris cantetur Homerus.*
III. *Inſatiabilibus modulis ornetur Olympus.*
IV. *Immemorabilibus fidibus pangatur Athleta.*

ita in vnoquoq. talus latere vnicam habeat.

Habet igitur in manu quilibet quatuor talos, poteſtque reſumere quem volueret ex projectis à ſe, at nunquam poterit niſi vnum projicere: & alternativè procedent, quouſq. componant carmen: & ille depoſitum præmium evincet, qui priùs verſum,

l-vv-vv-l ϖ-l- -vlv-ᴗ l

(nec enim modò alium poteſt, aut debet) concinnaverit. Et non laborabitur longo tempore, vt conformetur carmen: qui enim quatuor taxillos in manu habet, habet in manu verſus 256. vt patet ex ſupputatione, quam adjũgo: nam 4. dictiones multiplicatæ per 4. dant 16: & 16. multiplicatæ per 4. dant 64: & 64. multiplicatę per 4. dant 256.

| | |
|---|---|
| duc | 4 |
| per | 4 |
| duc | 16 |
| per | 4 |
| duc | 64 |
| per | 4 |
| eruntq. | 256 |

Qui primus ſuum verſum abſolvit, tollit præmium: & habet jus, vt in ludo ſequenti primus taxillos jaciat.

Conformato Hexametro poterunt, ſi voluerint, ad Pentametri compoſitionem procedere, & ſequendo iſtos apices,

l - - - l ϖ- l - vv - vv - l

illum citò expedire. Et hîc iterum, qui citiùs ſuum verſum abſolvat, præmium habeat.

*Tertius Modus.*

VSI ſumus hucuſq. vel turbine C; vel taxillo parallelogrammo A; & quia non exhibebant niſi 4. latera, omnia debuimus intra numerum quaternarium complecti. Nunc taxillo B. vtemur. Cubicus eſt: ſex facies habet, & poterit doctioribus Philomuſis ſervire. Addatur ergo Tertius Modus, qui primo ſimillimus ſit. Vtamur igitur hoc verſu.

*Armiſonos legimus numeros jam dulcis Homeri;* qui reſilit in hunc,

*Dulcis jam numeros legimus armiſonos.*

& ideò in taxilli lateribus exſculpantur hæ literæ, A. L. N. I. D. H. &, vt pedes curſui correſpondeant, pro Hexametro ſex agones, & quinque pro Pentametro inſtituantur. In cæteris omnia fiãt, vt in Modo primo ſunt facta.

*Quartus Modus.*

IMitatur ſecundum, at eſt ingenioſior, numeroſior, & melior. Vnicuiq. ex luſoribus dat ſex taxillos, & in ſingulis ſecundum latera diſtributos hos verſus.

*Caſtaliæ pulchro Nymphæ te carmine laudãt.*
*Secelides docto Muſæ ſe numine cantãt.*
*Pegaſides ſacro bacchæ me grãmate dicunt.*
*Pieriæ miro bacchæ nos gurgite pangũt.*
*Fontigenæ longo chordæ nũc pollice. pingũt.*
*Corycides dulci gemmæ jam marmore formãt.*

in quibus reperitur materia, vt poſſint conformari Pentametra, quæ ſimilia ſint iſti,

*Pulchro te laudant carmine Caſtaliæ.*

Et quia in ſex taxillis quaſi innumerabilis Diſtichorum multitudo clauditur, citò poterunt carmina conformari. Sed quot fieri poterunt carmina? Reſpondebo, & Ideas intra ſex vocum numerum coarctabo.

1 l - vv - l - - l - - l - l - vv l - - l
2 l - - l - l - - l
3 l - l - - l - - l
4 l - - l - vv l - - l - l - vv l - - l
5 l - l - - l
6 l - - l - - l - vv - l - l - vv l - - l

Debet manere ſemper Dactylus in quinto pede, & in ſexto non poſſunt poni duæ voces monoſyllabæ, quia tunc verſus haberet ſeptẽ dictiones, & taxilli ſunt ſex, quib. verſus ejuſmodi fieri non poteſt: non enim poteſt dici ſex calculis,

*Caſtaliæ laudant te pulchro carmine jam nunc.*

Sunt igitur Hexametri ſex Ideæ, & non plures. At, quia ſunt tria loca, in quibus diſſyllabæ voces ponendæ & ipſæ ſunt octodecim, hoc modo procedendum erit.

| | |
|---|---|
| duc | 18 |
| in | 17 |
| | 126 |
| | 18 |
| duc | 306 |
| in | 16 |
| | 1,836 |
| | 3,06 |
| eruntq: | 4,896 |
| | 6 |
| | 29,376 |
| | 6 |
| | 176,256 |
| | 6 |
| | 1,057,536 |

In primo loco potero ponere vnam dictionem ex 18. & in ſecundo vnam ex 17. & in tertio vnam ex 16: ergo ducendo 18. in 17. & numerum reſultantem (nempe 306) in 16. habebo. 4896. Et quia in loco l-vv-l ponere poſſum vnam è ſex dictionibus: & in loco l - vv l iterum vnam ex ſex dictionibus: & tandem quia in loco l-l vnam etiam ex ſex dictionibus, numerum 4, 896. multiplicabo per 6. numerum reſultantem iterum per 6: & numerum

rum reſultantem etiam per 6. & habebo 1; 057,536.dicamq.in ſingulis Ideis eſſe *ſupra vnum millionem, quinquaginta ſeptem millies, & quingentos & triginta ſex verſus*. Cùm igitur ideæ ſint ſex, omnes verſus Hexametri, quos manu claudit, qui ſex taxillos habet,erunt *ſex milliones, trecenti & quadraginta quinque millies,ducenti & ſedecim.* Valde ergo diues eſt; & erit aut valde infelix, aut ignorans, ſi ex tam opulento theſauro nequeat, aut neſciat citò concinnare vnum verſum.

| |
|---:|
| 1;057,536 |
| 6 |
| 6;345,216 |

Tranſeamus modo ad ſecundum agonem,& videamus,quo debeat modo conformari Pentametri Ideas propono.

1 l-l- -l- -l -vvl-vv-l
2 l--l-l- -l
3 l- -l - -l-l
4 l- -l-l-l-l -vv-l-vv-l
5 l-l- -l- -l
6 l-l-l- -l-l
7 l-l-l-l- -l

In tribus prioribus Pentameter completur quinque talis : in quatuor poſterioribus ſex : numerum exponamus.

In tribus prioribus ſic proceditur. In primo locò l- -l eſſe poſſunt voces 18. in ſecundo 17.ergo ſi alter numerus per alterum multiplicetur,reſultabunt, 306. Progredior.In loco l-l eſſe poſſunt 6. voces ; in l-vvl etiam 6 : & in l-vv-l iterũ 6: ergo numerus, 306.debet tertiò multiplicari per 6.& dabit 66,096. Et dicam totidem verſus claudi in ſingulis ideis prioribus:quæ tres ſunt, & ideò ſimul continent verſus ; 198,288. *centum & nonaginta octo millies, ducentos octoginta & octo.*

| | |
|---|---:|
| duc | 18 |
| in | 17 |
| | 126 |
| | 18 |
| duc | 306 |
| in | 6 |
| duc | 1,836 |
| in | 6 |
| duc | 11,016 |
| in | 6 |
| duc | 66,096 |
| in | 3 |
| & erunt; | 198,288 |

Tranſeamus ad ideas poſteriores,& numerum etiam verſuum reducamus ad computum. In priori hemiſtichio vnam vocem diſſyllabam, & tres monoſyllabas habent, & hanc ob rem computus hoc modo procedet.

Sunt tria loca monoſyllaba: ergo in primo poni poterit vna vox ex 6:in ſecundo vna ex 5:in tertio vna ex 4: Ergo multiplicabo 6 per 5: & numerum reſultantem per 4: & habebo, 120. Et dicam tot eſſe combinationes monoſyllabarum dictionum. In loco l- -l diſſyllabo poni poterit vna ex 18. Ergo reſultabit numerus 2, 160. propter dictionem l-vvl & l-vv-l bis multiplicatus per 6, dabit 77,760.tot enim verſus in ſingulis formis continentur: & quia iſtæ ſunt 4, verſus erunt; 311,040. qui additi priorum Idearum verſibus, erunt 509, 328. *Quingenti & novem millies, treceuti & viginti octo.*

| | |
|---|---:|
| duc | 6 |
| in | 5 |
| duc | 30 |
| in | 4 |
| duc | 120 |
| in | 18 |
| | 960 |
| | 120 |
| duc | 2,160 |
| in | 6 |
| duc | 12,960 |
| in | 6 |
| duc | 77,760 |
| in | 4 |
| habebiſq. | ;311,040 |
| erant alii | ;198,288 |
| ſimul ergo | ;509,328 |

Singuli ex his Pentametris poterũt ſingulis Hexametris cooptari. Ergo Diſtichorum Elegiacorum poſſibilium numerus ex combinatione reſultãs eruetur,6;345,216:per 509,328. multiplicando.Ergo,ſiquidem hucuſq. progreſſi fuimus, adhibeamus adhuc nonnihil improbi & moleſti laboris, & ſupputationem perficiamus.

6;345,216
509,216
38;071,296
63;452,16
1,269;043,2
57,116;944,
:000,000;00
3:172,608;0
3:231,095;510,656

Ille igitur, qui ſex taxillos cubicos in manu habet, claudit pigillo *tres billiones* (millionum milliones) *ducentos & triginta,& vnum millies, & nonaginta quinque milliones;quingentos & decem millies, & ſexcenta & quinquaginta ſex Diſticha Elegiaca.* Miraris ? Recognoſce computum,& me non erraviſſe videbis.

*Quintus Modus.*

HIS Taxillis Philomuſi aliquibus diebus vtantur : vt cùm magis exercitati ſint, aliis donentur, qui maiori arte & ingenio regendi ſint.Exemplum pono. Scribi,aut ſculpi potiùs debent dictiones hæ in taxillo

Primo. *Sol, Maro, Phœbus, Parnaſſus, Melibœus, Mercurius.*

Secundo.*Fans,doctus,formoſus,lyricus,generoſus, magnanimus.*

Tertio. *Cantat,celebrat,reclamat,dilaudat, honorat.*

Quar-

Quarto. *Caſtra, Fata, Sydera, Numina, Nymphæa, Laureta.*
Quinto. *Melo, metro, numeris, fidibus, carmine, pollice.*
Sexto. *Clam, cito, palam, tardè, ſubitò, profectò.* circa quarum quantitatem adnoto: in voce *Maro* primam eſſe brevem & ſecundam ancipitem: in *celebrat* ſecundam eſſe indifferentem: & in *reclamat* primam. In voce *Cito* primã brevem, & ſecundam indifferentem: in *Palam* primam brevem: in *profectò* primam brevem, & tertiam indifferentem. Volui tot indifferentes interſerere, vt adſueſcant, Philomuſi, & diverſas ſciant quantitates in eadem vocali cognoſcere.

Qui hos taxillos habeant, vt in ſecundo, & quarto modo dictum, procedent; illeq. victor erit, præmiumq. conſequetur, qui citiùs exhibuerit Hexametrum: aut etiam, ſi placeat, Pentametrum.

# MVSA III. ALEA.

## DXCI.

ALEA duplicis ſignificationis vox eſt: vel enim primam habet brevem, vel longam. Si brevem, nomen eſt Civitatis: ſi longam, ludi. *Aleus* Stephano aſſerente in Arcadiâ, vrbem condidit, quam *Aleam* dixit: vnde incolæ dicti ſunt *Alei*; & Minerva, quæ ibidem colebatur, *Alea*. Papinianus in Sylvis, *Aut Aleæ lucis vidit Tegæa ſacerdos.* Rariùs vtimur voce in hac ſignificatione, quia primam plerumq. producimus. *Alea* dactylus, omnem ludum obnoxium fortunæ ſignificat; vnde etiam illum, qui teſſeris aut taxillis conſeritur: at hîc ſtrictiùs vox ſumetur: nempe pro illo, qui chartis exercetur. Illas Hiſpanus *Naypes*, Germanus *Spiel kartten*, Bohemus verò *Karty* nominat: quaſi *Chartas luſorias*. Adoleſcentum igitur vtilitati & recreationi conſulentes Artem Metricam ad ludum chartarum reducamus. Sed quomodo? Dabo epiſtolam, quam Venetiis ad quemdam Principem eruditum ſcripſi: ne cogar iterum hîc reſcribere, quæ ad illum luculenter ſcripta.

EQuis citis iter meum promovebã, Princeps Excellentiſſime, & quia in Styriæ finibus ſtudioſos quoſdam foliis pictis (quæ *Naypes* vocamus Hiſpani) ludentes vidi indignabundo animo incepi cogitare, *An poſſit prudentis Pædagogi vigilantia & induſtria, ita iuvenum ſtudia & labores diſponere, vt ludendo addiſcant, & relaxando animum ad ſcientiarum ſecreta penitiora perveniant?* Statim occrurit Ars Poëtica, quam tædio multi iuvenes tractant, pauci ſeniores colunt; & pauciſſimi tantam facilitatem adquiſierunt, vt ex tempore valeant carmina modulari. Ergo in illâ volui periclitari priùs, An poſſem ludo aliquo Metrico, mentes Iuvenum inſtituere & formare. Re igitur diutiùs conſideratâ, ſic proceſſi. Curavi fieri quinquaginta vel plura foliola, magnitudine & craſſitudine æqualia illis, quibus luditur vulgò. & in ſingulis binas ſcripſi voces, alteram incipientem à conſonâ, alteram à vocali; illam hinc, iſtam inde; vt conſpicis: vt ſi altera fortè eſſet inepta, altera metri conditioni ſerviret.

PROSPICE.



ASPICE.

Primum exemplum (quod & debuit) Reginæ Angelorum dicatum, æquiſyllabas dictiones habuit: & quia plurimis placuit, volo illud hîc ſubſcribere.

•

| | |
|---|---|
| Sol | *Arx* |
| lux | *vrbs* |
| fons | *hic* |
| fax | *eſt* |

v⏓

| | |
|---|---|
| pia | *Avis* |
| ſacra | *amor* |
| polo | *honor* |
| venis | *apex* |
| fave | *ave* |
| parens | *apis* |
| mihi | *adeſt* |

-⏓

| | |
|---|---|
| lampas | *omni* |
| ſplendor | *aula* |
| cœli | *orbi* |
| dulcis | *adſis* |
| Princeps | *inſis* |
| fulgens | *arbos* |
| ſalve | *arcus* |
| profis | *aſtrum* |
| mundo | *Iris* |
| terris | *vndis* |
| vitæ | *aſtris* |

vv-

| | |
|---|---|
| miſeris | *animis* |
| faveas | |

v-⏓

| | |
|---|---|
| celebris | *Athenis* |
| colèris | *amoris* |
| refulgens | *Olympo* |
| faveto | *honoris* |
| coruſca | *horizon* |
| Maria. | *Olympi* |

-v

| | |
|---|---|
| Stella. | *Aula* |
| pura | *alma* |
| caſta | *alta* |
| pulchra | *ecce* |
| ſancta | *alba* |
| Virgo | *aura* |
| luna | *vna* |

-vv

| | |
|---|---|
| Gloria | *Anchora* |
| lucida | *aurea* |
| cœlica | *inclyta* |
| candida | *arbitra* |
| laurea | *optima* |
| proſpice | *aſpice* |
| ſufficis | *Iridis* |
| proſpicis | *arboris* |
| fertilis | *omnibus* |
| nobilis | *vtilis* |
| ſyderis | *ætheris* |

- ϖ-

| | |
|---|---|
| Terrigenis | *Orbicolis* |
| Cœlicolis | *Empyrei* |
| Telluri | *Europæ.* |
| Europæ | *Aurora* |
| Chriſticolis | *Aſtripotens* |
| provideas | *Armipotens.* |

ϖ-v

| | |
|---|---|
| Generoſa. | *animoſa* |
| Regina. | *aurora* |
| dulcedo. | *eoa.* |

| | |
|---|---|
| --vv. | varia. |

| | |
|---|---|
| Sanctiſſima. | *amabilis* |
| puriſſima. | *admirabilis* |
| pulcherrima. | *Olympica* |
| dulciſſima. | *horizontis* |
| ſuaviſſima. | *immacu-* |
| mortalibus. | *lata* |

Notulæ quantitatum, quibus vtor hæ ſunt.

v *ſignificat ſyllabam brevem.*
- *vero longam.*
⏓ *brevem vel longam.*
o *indifferentem.*
ϖ *duas breves, vel vnicam longam.*
l *ſignificat priorem ſyllabam debere dictionem finire.*

Vnde Hexametri & Pentametri (vt alia Carminum genera omittam: modò enim aut Heroicis, aut Diſtichis luditur) ideam, quā alii in pedes maiori ingenio, quā vtilitate partiūtur, ad has notulas ego reduco: *Eſt Hexametrum*

*vel* l- ϖ- ϖ-l ϖ ϖ-vv-⏓ l
*vel* l- ϖ- ϖ- ϖl ϖ-vv-⏓ l

*Pentametrum verò* l- ϖ- ϖ-l-vv-vv-l

His ergo carminibus luſuri ſumus.

Duos modos ludendi concepi: alterum prꝗventionis & alterum alternationis. Vtrumq. ſingillatim exponam.

*De Ludo Præventionis.*

DVO poſſunt, tres, aut quatuor colludere (ſi plures vellent, deberemus plures habere chartas.) Qui illas diſtribuit, dat primâ vice ternas vnicuiq.: poſteà vnicuiq. ſingulas.

Ante diſtributionem chartarum in menſæ medium vnuſquiſq. exponit ſymbolum (hoc eſt pecuniam, quꝗ victori accenſebitur.) Qui habet tres chartas bonas, poteſt novum ſymbolum exponere. Si ſint duo, & alter non acceptet, hoc ipſo finitur ille luſus, & pecunias, quæ ſunt in menſâ, recipit provocator. Si ſint plures, & alii acceptent, & alii non acceptent: qui non acceptant, perdunt, quæ ſunt jam poſita, & cæteri addentes nova ſymbola, progrediuntur in luſu.

Si nullus adhuc habeat Carmen, dabuntur ſingulis ſingulæ chartæ: & hoc quoties neceſſarium videbitur: videlicet quouſq. prodeat Carmen: nempe quod nec ſoleciſmum, nec

nec ſyllabam indebitæ quantitatis habeat. Quoties novæ chartæ dantur, poterit novam provocationem inſtituere, qui velit: & qui non acceptaverit, causâ cadit.

Vincit ergo, qui prævenerit cæteros: hoc eſt, qui citiùs produxerit in medium ſuum carmen.

Et quid ſi duo ſimul carmina convenientia producant? vter vincet? An qui melius & eloquentius Carmen condidit? Non ineamus quæſo iſtam viam, quam tot ſcimus implicatam ſalebris & difficultatibus: ſed illi victoriæ lauream concedamus, qui diſtribuenti chartas eſt propior, qui illas recepit priùs: illi, inquam, qui quoniam ad manum chartas diſtribuentis conſedit, *Manus* (Hiſpanicè, *la Mano*) vocatur.

*De Ludo Alternationis.*

PОnent in medium Victoriæ pretium ſinguli: & poſteà recipient novem chartas (ternæ, ternæ, & ternæ dari debent.) Et qui eſt prior Carmen incipiet in menſam primam dictionem exponendo. Secundus debet exponere ſecundam, tertius tertiam: &c. Si aliquis non habet dictionem metro & ſenſui congruentem victus eſt, ſe ſubtrahat, & qui ſequitur, progrediatur, quouſque vnus ſolus maneat, qui non fuerit victus, iſte enim hoc ipſo, quod cæteri officio ſuo non ſatisfecerint, pretium Victoriæ capit.

Poſſemus alios modos metricè ludendi invenire, ſi vellemus difficilioribus nonnullis legibus Lectorum ingenia onerare: ſed hos duos impræſentiarùm propoſuiſſe ſufficiat; nam facile eſt inventis addere, & quicumque facili negotio poterit novos modos proponere, iſtos alterando aut mutando.

*De Vtilitate.*

QVI hoc ſe ludo recreet, habebit primò piam animi relaxationem, Angelorum Reginam dilaudando: omnia enim Carmina, quæ ex Tabulâ præmiſsâ poſſunt fieri Mariana encomia reboant, & devotionem èxcitant, vt quam celebramus, diligamus. Secundò adquiret optimam Carminis condendi ideam, & in cooptandis dictionibus ſummam facilitatem.

Nota. Poſſent chartulæ ita inſcribi, vt quicumq. Princeps celebraretur: ſed noſtram devotionem ſequuti conſecravimus calamum Angelorum Reginæ.

# MVSA IV. HISPANA.

DXCII.

HANC eruditam devotionem transferamus ad Parnaſſum Sperium, Deiparæ devotiſſimum, & diſponamus folia, quibus recreando & relaxando animum Marianas laudes modulemur. Erit hoc otium etiam vtile fœminis, quæ Metricæ concinnationis ignaræ, Rhythmis ſolent eſſe contentæ. In Stropharum formatione numeris vtemur communiſſimis, ac propterea notiſſimis; ne, cùm relaxare animos aliis ſtudiis fractos cupimus, eoſdē ſpeculationib. ſubtilib. implicare & torquere dicamur. Singula folia poterunt notari ſit.

Sicut Muſa Tertia Latina exhibuit in folio quocumq. duas voces; alteram incipientem à vocali, & alteram à conſonante: ſic hęc Quarta Hiſpana exhibet duplex verbum, alterum grave ( παροξύτονον ) in vocalem, alterum acutum ( ὀξύτονον ) in conſonantem deſinens. In medio Idea Rhythmi ponitur, quam ſuis verſibus colluſores debent repræſentare.




Alias potuimus præſcribere: ſed elegimus has velut meliores & notiores.

*Secundina.*

AA. BB. CC. DD.

[*Antiquis non fuerunt in vſu: at hodie valde communes ſunt.*]

*Terceta.*

ABA. BCB. CDCC.

[*Eſt compoſitio gravis: & Epiſtolis ſcribendis conveniens.*]

Quar-

*Quarteta recta.*

ABBA. CDDC.

[*Has ſtrophas Tetraſtichas Hiſpanus* Redondillas *appellat.*]

*Quarteta obliqua.*

ABAB. CDCD.

[*Illas* Terciadas *dicimus:ſi quæras, Cur* Redondillas *illas,cur has* Terciadas *nominemus? multi varia reſpondebunt, at videtur pro ratione Nomenclatorum voluntatem ſtare.*]

*Quinta.*

ABABA. CDCDC.

[*Hæ ſtrophæ variis ſolent modis concinnari. licet enim ponere duos verſus conſonantes ſimul, vnde reſultare poterunt hæ Ideæ.* (2) A A B A B. (3) ABBAB.(4)ABAAB.(5)ABABB. *Vnde ſi bis ponantur duo verſus conſonantes ſimul, reſultabunt*(6)AABBA.(7) ABBAA. *&c. Poteris ergo vti Ideâ,quam velis.*]

*Sextæ.*

ABABCC.

[*Sunt valde communes apud Italos.*]

*Octavæ.*

ABABABCC.

[*Heroicæ ſunt,& graves; illiſq. æquè Itali ac Hiſpani delectantur.*]

*Decimæ.*

[*Ab Authore Spinele Hiſpanus eas dicit* Eſpinelas.]

ABBA. ACC. AAC.

[*Spinelii Ideam nos ex conſilio alteravimus; nam dum verſus penultimus & antepenultimus eſt* A. *concentus eſt ſuavior, & conformatio carminis difficilior.*]

Nolui luſum vltra decem verſus tranſire, vt brevitati conſulerem,& lucrandi,& perdendi iteratis,& renovatis vicibus, majorem colludentibus impertirer voluptatem & vtilitatem. Hanc ob rem exeſſe volui verſus illos, quos *de Romance* dicimus;quia,niſi per plures ſtrophas percurrant, gratiam non habent. Nunc ipſaſmet voces addamus.

A

*Digna de toda alabanza.*
*De cautivos libertad.*
*Es mi Bienaventuranza.*
*Excelſa por ſu Humildad.*
*En la borraſa Bonanza.*
*De los Cielos Mageſtad.*
*De los hombres Eſperanza.*
*Prodigio de Caſtidad.*
*Da para el Cielo libranza.*
*Eſpexo de la Verdad.*
*Cabo-de-buena-Eſperanza.*
*Incendio de Caridad.*
*Todo lo que pide, alcanza.*
*Es Templo de la Deidad.*
*De ignorantes enſeñanza.*
*Idea de la Bondad.*

E

*Es puriſſima Doncella.*
*Mas hermoſa, que Rachel.*
*Del Empyreo Cielo Eſtrella.*
*A quien anuncio Grabiel.*
*Del fuego, que es Dios centella.*
*Mas inocente, que Abel.*
*De las Santas la mas bella.*
*Terror ſiempre de Luzbel.*
*La que al Demonio atropella.*
*Seguriſſimo Baxel.*
*Dios es Hijo, Madre es ella.*
*Contra el Infierno broquel.*
*La honra del Hijo, es della.*
*Es de azuzenas vergel.*
*La que las Virtudes ſella.*
*Es del miſmo Dios Joſef.*

I

*Es Maria Clavellina.*
*Hija, que es de Ana, y Ioachin.*
*Su vida, nos es dotrina.*
*Santa al principio, y al fin.*
*De los vicios medicina.*
*Del Divino Auſion Delfin.*
*El que la ſirve, camina.*
*De toda miſeria ſin.*
*A la Deidad ſe avecina.*
*Candidiſſimo Jazmin.*
*Es la Esfera chriſtalina.*
*Lleno de Gracias Jardin.*
*Es la Emperatriz Divina.*
*Puriſſimo Serafin.*
*La Ninfa mas peregrina.*
*Abraſado Cherubin.*

O

*De Chriſto, que es Sol, Aurora.*
*Divina en la Encarnacion.*
*De todo el Mundo, Señora.*
*Humilde en la Anunciacion.*
*Entre azuzenas es Flora.*
*Fue Santa en ſu Concepcion.*
*Entre Virtudes Pandora.*
*Grande es ſu Juriſdicion.*
*En quien a Dios mi Alma adora.*
*Y nos da ſu bendicion.*
*La que gracias atheſora.*
*Me libró de la priſion.*

*La*

*La que a todos los mejora.*
*La que me impetro perdon.*

*Y la que por todos ora.*
*De triſtes conſolacion.*

V

*Es del Cielo Empireo Luna.*
*Que ayuda con prontitud.*

*Es firmiſſima Coluna.*
*Bien acordado Laud.*

*Cauſa de nueſtra fortuna.*
*Norte de la Juventud.*

*Nos da aſiſtencia oportuna.*
*De Virtudes multitud.*

*Las Virtudes afortuna.*
*En quien gozamos quietud.*

*La que ſiempre a ſido vna.*
*De la Gracia plenitud.*

*Mayor, que ella, no ay ninguna.*
*Cauſa de nueſtra ſalud.*

*Mejor, que ella, no ay alguna.*
*Theſoro de la Virtud.*

*Ludendi Modus.*

MVſa Latina bifariam voluit ludere (videl. Præventione,& Alternatione:) Hiſpanæ autem hic vltimus Modus arrîdet: & Alternatione vti mavult. Poterunt colludere duo, poterunt tres: primas tenebit,(Hiſpanicè *ſerà Mano*) qui primus elevaverit A: hoc eſt vocem accentum habentem in A: &, qui illi à ſiniſtris âſſidet, diſtribuet chartas. nempe ternas ſingulis quater, aut quaternas ter, vt ſinguli duodecim habeant.

Qui primas tenet(*la Mano*)habet jus indicendi,quod genus Rhythmorum condi velit. Poſteà ipſe in primâ chartâ dabit primum verſum, quem altâ voce proferet; & qui ſequuntur, illi ſuos numeros attemperabunt. Verbi gratia. Si Prior hanc chartam ponat,

*Mayor, que ella no ay ninguna.*

dederit primum verſum,juſſeritq. vt conſtruatur Ogdoaſtichum,

*Vna*, B. *Vna*, B. *Vna*, CC.

in quo tertius & quintus verſus etiam finiatur in *Vna*.

Qui non habet verſum Rhythmo correſpondentē ſolvit ſingulis colludentibus vnum ſymbolum:& qui ſequitur,ſi non habeat, etiā ſingulis vnum:ſi tertius non habeat, etiā ſingulis vnum:& finitur ille luſus, quia Stropha non poteſt compleri. Qui autem exhibet verſum,qui petitur,nihil omninò ſolvit. Et ſic recreatio ad finem Strophæ progreditur.

NOTA. *Etiam hîc ingenium & providentia juvant:nam,ſi multas conſonantes chartas habeas,paucas alios habituros ſuppone:vnde,ſi primus debeas ludere* (Hiſpan. *Si eres mano*) *illud genus Rhythmorum fieri indicas, in quod plures vnigeneres verſus concurrunt. Indic ergo,vt formetur Decaſtichum.*

# MVSA V. ITALA.

DXCIII.

ET omnis lingua gratias Marianas moduletur, addam paucas has lineàs, in quibus, qualia hiſpanicè dedimus,etiā reponamus italicè. Muſam hāc in hæc tempe erudita promoveam, vt Eximio & Eruditiſſimo D. Hippolyto Marraccio,mihi in Mariâ chariſſimo,obediam,qui etiam Italos nō aliter recreare animos optat, quā Angelorum Reginam dilaudando. Vtar hēdecaſyllabis (vel,ſi cum Rhythmicis loqui velimus,decaſyllabis:nā hi non admittunt in numerū ſyllabas,quæ vlt.accentū ſequuntur) &,vt hi perfectiores ſint, vtar ingenio & calamo doctiſſimi P.Eugenii de S.Ioſepho,cujus ſubtiliſſimis argumentis Scholæ,floridiſſimis concionibus Tēpla, politiſſimis verſibus(Latiis, Italicis) vel Catones ſeveriſſimi applaudunt. Strophas,quas Muſa Hiſpana exhibuit, retinere poſſemus: cæterùm,quia varietas delectat,ludum hunc ad conſonantias alias,quicumq. voluerit, reducat. Verſus, qui ſingulis inſcribi debent chartulis, ſubjiciamus.

*ODI, grande Maria, la noſtra inſtanza,*
*Ne la diſperation ſola ſperanza;*
*Tu nel Mondo, e nel Cielo hai maggioranza,*
*Foſti nel Tempio Idea d'ogni oſſeruanza,*
*Specchio nel viuer tuo di temperanza;*
*Moſtraſti nel Caluario la coſtanza.*
*Hor nel Ciel godi la cittadinanza,*
*Dimoſtra, ti preghiam, la tua poſſanza.*
*V'amo diuina, ſenza par Donzella,*
*Madre del grand'Iddio, e pur'ancella.*
*Ne l'ordine creato,la più bella,*
*Ne i calor de l'Egitto, grata ombrella.*
*Colomba ſenza fiel, manſueta Agnella;*
*Splendete ne le tenebre facella,*
*Apparite nel Mar, benigna Stella,*
*Porto ſicuro in ogni gran procella.*

*O de' cuori, potente calamita,*
*Del talamo diuin, Spoſa gradita,*
*Pianta gentil, d'ogni Virtù fiorita,*
*Ne la maternità quaſi infinita,*
*La Luna à piedi, e di chiaror veſtita,*
*Genitri e mortal di vera vita,*
*Porgete à chi vi chiama, preſt'aita,*
*Impetrate dal Ciel, nel Ciel ſalita.*
*A' voſtri piedi, il Mondo humil s'inchina,*
*Vergine Madre, in terra ancor diuina.*
*Roſa voi foſti, però ſenza ſpina,*
*In infelice terra, mai meſchina;*
*Da voi Satan, hebbe la ſua ruina;*
*In voi l'Amor, piantò la ſua fucina.*
*State nel Cielo molto à Dio vicina.*
*Siate à noſtri languor, deh medicina.*
*Chi di Maria, non ama la bellezza?*
*E' del Ciel, de la Terra l'allegrezza,*
*Del Mar de l'amarezze la dolcezza;*
*Di colpa Original, non hà bruttezza;*
*Il ſuo piede à Satan, il capo ſpezza,*
*Splendida Luna, Sol d'ogni chiarezza,*
*I peccator pentiti, ell'accarezza,*
*A tutti aiuto implora con preſtezza.*
*Frà le donne, tu foſti benedetta,*
*Dal Padre, dal Figliuol, dal Spirito eletta,*
*Trà figliuoli d'Adam, la più perfetta,*
*In gratia, ſenza colpa ſei concetta,*
*Da la Terra, dal Ciel, d'ogn'vn diletta,*
*Armellino gentil, di macchia netta,*
*I noſtri voti, ò gran Maria accetta,*
*Fà, che Dio ogni colpa ci rimetta.*

Ita luſorias chartas coordina, vt foliolis ſingulis ſingulos verſus inſcribantur. Poſteà illas deordina, confunde, immiſce (vel, vt loquitur Hiſpanus, *varaxa*, varia) & viam alternationis ingreſſus, cum tuis collude Amicis, vt te docuerat Muſa Hiſpana.

## NOTA.

*De Virgine Matre* THERESIA.

CVM abſolutè *Virginem Matrem* dicimus, intelligimus Angelorum Reginam, non aliam. at voluit Deus Chriſtiano Orbi concedere Maximæ Divæ imaginem, & conceſſit Thereſiam, quæ realiter eſſet *Virgo*, & moraliter *Mater*. videlicet Virginem puriſſimam, ſanctiſſimam, & generoſiſſimam; Reformati & Excalceati Ordinis Carmelitani fœcundiſſimam Matrem. Ad ejus multa olim laudem ſcripſimus, plura olim declamavimus, quæ in variis libris, quos dedimus luci, leguntur. Iam conciones ſcribere, aut etiam declamare non poſſumus: nos tempus & pectus deficiunt: diſtrahimur publicis, implicamur privatis: ſumus laſſi; ergo, vt recreemus fractum animum, hic libellus, hæc folia, (Hiſp. *eſta baraxa de naypes*) nos poterit reſtituere & juvare.

*CHI à pien ti loderà, Grande Tereſa?*
*De l'Amore diuin, fornace acceſa,*
*Honor di Spagna, Gloria de la Chieſa,*
*Qual non faceſti in terra, eroica impreſa?*
*Col Inferno in continua conteſa,*
*Da la mano del Ciel ſempre difeſa;*
*Foſti da Chriſto per Iſpoſa preſa,*
*Gratiata troppo, e però tardi inteſa.*
*La tua vita, Tereſa, m'innamora,*
*Mirabil ne l'Occaſo, e ne l'Aurora,*
*Drizzaſti verſo il Ciel ſempre la prora.*
*Il tuo gran cuor, ogni martir diuora;*
*O patir, ò morir, diceui ogn'hora;*
*Obediſti al tuo Dio, ſenza dimora.*
*La terra di tue lodi è già ſonora,*
*Il Mondo, & il Carmel, ogn'vn t'adora.*
*Cedan le palme à te, Pallade, e Marte,*
*Di te minori ſon le forti Sparte;*
*Ogni fauor il Ciel à te comparte,*
*La gratia dal tuo cuor mai non ſi parte,*
*Rara dottrina appar ne le tue carte,*
*Per vnir l'alma à Dio, inſegni l'arte;*
*Ciò, che ſapeui, à noi ne feſti parte,*
*Congiunta à Dio d'amor, con forti ſarte.*
*Chi di Tereſa, non ſtupì 'l feru re?*
*In compagnia di Dio, ſpendeua l'hore,*
*Auampaua d'amor, il ſuo gran cuore.*
*Quaggiù mai non commiſe vn graue errore,*
*Viſſe molt'anni, e ſempre con dolore,*
*Ella morì à la fine per amore.*
*Il corpo morto, dà ſoaue odore,*
*La ſua vita à ciaſcun, reca ſtupore.*
*Tereſa, fu di nobile lignaggio,*
*Fanciulla à Mori far volea viaggio.*
*Coll'Vmanato Dio fè maritaggio,*
*Di vera Santità diè chiaro raggio,*
*Spiegò de l'oration l'alto linguaggio,*
*Oprò, patì con non minor coraggio;*
*La ſua dottrina ſupera ogni ſaggio;*
*Pria fece, inſegnò poi con gran vantaggio.*
*Donna, tu foſti forte, & animoſa,*
*Da gl'anni giouenili generoſa,*
*Amazon de le Spagne valoroſa,*
*De i medemi guerrier, più coraggioſa,*
*Del Giardino Diuin, e Giglio, e Roſa,*
*L'honor diuin zelaſti, eletta ſpoſa,*
*Afflitta in vita, e in morte glorioſa,*
*Viua, e morta vgualmente prodigioſa.*

Singulis chartæ-foliis ſingulos verſus inſcripſi: & illa immiſcui, deordinavi, confudi (Hiſp. *los varaxe*, variavi) & jam jam inter colluſores diſtribuo, & juxta leges ſuperiùs *Muſ. Hiſp.* §. *Muſa.* traditas, luſum eruditum & devotum inſtituo.

APOLLO

# A P O L L O
## POLYGLOTTVS.

A nullà noſter linguà dependet Apollo:
Vt methodum expendat, non tamen vna ſatis
Ecce tacendo loqui ſolet, & felicior vti
Audebit linguis pluribus ipſe ſimul.

☞ DXCII.

DITISSIMVS eſt Apollo multi linguis, quæ enim in vno conficiuntur idiomate, poſſunt etiam in alio: poſſunt ſimul aut ſucceſſiuè in multis. Sunt illi tributarij alij Apollines, quorum ipſe opibus & theſauris inſtruitur. Et ideò illum in hunc locum remiſi, vt poſſem ſuperiùs dicta breuiter recognoſcere, & ad vſum reducere.

Sanè tametſi multarum linguarum poſſit eſſe conſideratio, duabus ſolent eſſe contenti, qui his myſterijs ſtudent. Duabus inquam, non determinatis, ſed indeterminatis. *Bilinguis* igitur dici noſter Apollo poterit: quòd duabus vtatur, cùm ſuum communicat Philomuſis influxum.

# MVSA I. CHARACTERICA.

☞ DXCIII.

LITERARVM figuras valorem & nomina conſiderat prima huius Parnaſſi Muſa, & poſſet diuerſis Genijs vti, quin munia ſunt eius diuerſa. Interim, quæ alius, cui plus otij ſuppetat, poſſit diſtinguere, in vnum colligam, & exempla loco regularum producam.

Duæ ſunt apud Græcos literæ, quibus Latinus vtitur, dat tamen illis poteſtatem diuerſam. Sunt ρ & ν. (*Rho* & *Ni.*) De voce νερτευος, qui aliàs ποσειδῶν nominatur, iam dixinus. Si tertia Latino more proferatur, eſt *Neptunus*: ſi prima, *Vertunus* (vel alij malunt, *Vertumnus.*) Quam ob rem hi duo Ethnicorum Dij coïncidunt, & nomina à pronunciatione dependent. Sed hoc iam ſuperiùs notaui.

Dicit Græcus πρίν, Latinus *prius*. Ergo vltima vocis Græcæ litera ſonuit vt V.



A'νία *mærer*. Quid ſi inde aliquis deducat vocem *Avia*.

Verbum ἄρω eſt *apto*: Secunda ergo litera ſonuit more Latino, vt P. Similiter ἄρτιος *perfectus*. Quid, ſi Nomenclator Latinus legerit *àptios*, & inde deduxerit vocem *aptus*. Fortè hinc etiam panis dicitur ἄρτος, hoc eſt, *aptus*. Eſt enim aptiſſimus cibus.

Cùm ſeria tractantur non eſt locus concedendus leporipes: *lepos* enim videtur eſſe Græcis λῆρος, hoc eſt, *nugæ*.

Sic poſſemus de alijs literis, & vocibus Græcis diſcurrere.

De vocis *Papa* etymo varia dicuntur: multi illam deducunt à voce Hebræa פִּיפִּי, quam Græci his characteribus ΠιΠι (*Pipi*) expreſſerunt; vnde poſteà deductum nomen *Papa*.

Huc pertinet curioſum illud Lemma, cuius ſuperiùs memini, videlicet.

*Ne la* φ. δ. φ. ν. ρ. *la* ζ.

hoc eſt, *Ne la fideltà finirò la vita*. Eſt Italicum; & tamen nominibus Græcorum Elemen-

mentorum vtitur, vt conceptum exponat, Illud *num.*209. dedimus, & expoſuimus. Eſt eidem ſimile hoc Hiſpanicum, *A dò nauèga el mercader auaro?* α. ρ.

Reſponſum enim, & concentum reddunt duæ vltimæ literæ, ſignificant enim *al Pharo*.

Litera canina eſt ſtridor omnibus linguis communis, & vocatur à Latinis *Er*, à Græcis *Ro*, ab Hebræis *Res*; ergo R ρ ר ſignificat *errores*: quem conceptum diuerſis in libris aliter, & aliter expreſſum reperio. Ioannes Alſtedius Encyclopadiæ lib.10. ſect.4. cap. 5. §. 29. ſic ait.

> Er *habet Auſonium liber hic;* Ro *deinde Pelaſgû;*
> Res *habet Hebræum; prætereaque nihil.*

Hæc litera *Canina* dicitur, & ideo tectiùs de alio libro erroribus pleno hoc dedimus aliquando iudicium.

> *Hìc canis Auſonius; canis hìc Ludouice Pelaſgus,*
> *Hic canis Hebræus voce boante canit.*

D. Ioannes Baptiſta de Caſtilione Caſinas, vt ſuam erga diuam deuotionem foueret, & D. Petrum Philippum Florentinum pietatem celebraret non pauca compoſuit Anagrammata, & tamen interdum in Programmate X. & P. ſunt literæ latinę (nempè *ix* & *pe*) in Anagrammatibus verò ſunt Græcę (*Chi*, & *Roo.*) ingenioſè enim Anagrammatiſtes figuras retinet, & poteſtatem mutat. *Vide num.*473.

# MVSA II. ELOQVENS.

☞ DXCIV.

APERIVNT, & ſternunt viam humanæ literæ ad diuinas; ita vt non ſit poſſibile eruditè has tractare, ſi fuerit eruditio humanarum neglecta. Hinc eſt, vt non velim mirari, quando aliquas ſublimes ſententias video à multis negligentiùs, aut etiam obtuſiùs exponi: non enim poteſt illas acutè expendere, qui in acuminibus non eſt verſatus. Modò hę S. Paginæ lineæ exornandæ & dilucidandæ ſuccurrunt.

C*Vm complerentur dies Pentecoſtes* (hoc eſt ipſomet quinquageſimo die) *erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco* (vt vel hinc diſcamus, quantæ ſint efficaciæ Communitatum orationes: nam etiam apud Deum videtur obtinere illud Lemma, *Fortior eſt virtus vnita, quàm virtus ipſa diuiſa.*) *Et factus eſt repentè de cœlo ſonus tanquam aduenientis Spiritûs vehementis; & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes*. Singulas dictiones recognoſco. *Repentè*, non enim eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis hæc gratia: quæ de cœlo, non autem de tellure eſt, & replet non ſolùm perſonas, ſed & ipſammet domum, in quâ Deum oramus *ſedentes*, (muy de asiento.) *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto; & cœperunt loqui varijs linguis* (non quidem prout didicerant, aut prout volebant: ſed) *prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis*. At ſumus Scholaſtici, & volumus omnia explicari; aut etiam probari, ſi opus ſit. Satisfacit huic dubio Diuinus Hiſtoriographus, & ait. *Erant in Hieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt. Factâ autem hac voce conuenit multitudo, & mente confuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſque linguâ ſuâ illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur dicentes. Nonne, ecce omnes iſti, qui loquuntur, Galilæi ſunt: & quomodo nos audiuimus, vnuſquiſque linguam noſtram, in quâ nati ſumus? Parthi, & Medi, & Aelamitæ, & qui habitant Meſopotaniam, Iudæã, & Cappadociam, Pontum & Aſiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Aegyptum & partes Lybiæ, quæ eſt circa Cyrrenen, & Aduenæ Romani: Iudæi quoque & Proſelyti, Cretes & Arabes; audiuimus eos loquentes varÿs linguis magnalia Dei.* Act.2.

Stupebant omnes illi, cùm audiebant Apoſtolos: & ego ſtupeo, cùm Sanctum Hiſtoriographum lego. Et quia mente confuſus, quo id modo fuerit factum neſcio, doctiores conſulo, & interrogo. Et quia nemo mihi, aut reſpondet, aut ſatisfacit, ſic inquam:

Oratio multilinguis eſt duplex: Succeſſiua videlicet & Simultanea. Succeſſiua vnam periodum ex vnâ linguâ, & alteram ſumit ex alterâ: Simultanea vno & eodem verborum contextu loquitur diuerſis linguis. Opus eſt hanc diuiſionem dilucidare, & exemplis firmare: vt poſſimus Apoſtolos loquentes varijs linguis audire: nam, & ipſi ſucceſsiuè, & ſæpiſsimè ſimul, linguis diuerſis loquebantur. Vt hæc exactè intelligas, lege attentè ſequentia.

MV-

# MVSA III. BILINGVIS SVCCESSIVA.

DXCV.

ADVLTA & nata eſt in Hiſpaniâ; &, quia noua omnia placent, fuit in precio. Anno M.DC.XVI. Audiui nonnullas Orationes bilingues concinnatas ogdoaſtichis, quæ Hiſpani *Otauas Rymas* dicimus. Eodemque Rhytmi genere annis ſequentibus iterum, iterumque declamaui. Perierunt omnia illa ebulientis ingenij tyrocinia: & ideò dum rem ipſam communicare nequeo, modum dilucido, & verſus aliquos (alienos, proprios) in exemplum produco.

Petrarcha Italus author, Italicum Canticum claudit verbis, quibus Arnaldus Daniel incipit: videlicet *Droit & raiſon*.

Apud Arioſtum Orlandus imitatur Silenum, & ait *Soluite me*. Poſſem alios producere, ſed hi ſufficiunt.

Sanè poſſunt voces peregrinæ interſeri, quando ſunt receptæ, & noſtræ factæ. Hodie in omnibus, aut ferè Europæ linguis illæ ceræ benedictæ, & agni figurâ decoratæ, quas Pontifices ſolenniter benedicunt, & Deus nobilitat multis miraculis, apud Hiſpanos vocantur *Agnus Dei* per omnes numeros & caſus. Conſidera periodos has. *Grande es la deuocion del* Agnus Dei. *Enbiadme de Roma quatro* Agnus Dei, *que pueda dar a mis amigos*. Hanc ob rem dixit Arioſtus (*molto leggiadramente*: loquamur cum Hieronymo Rucelio, ſiquidem ſentîmus cum illo)

*Il Rè fece giurar sù l'*Agnus Dei,

Eâdem voce vſus fuit D. Ludouicus de Gongora in Idyllio (Romance) XXIX. inter varios quos publicauit D. Gundizaluus de Hozes & Corduva: dixit enim:

*No ſe me quejan las fuentes,*
*ni los claros arroyuelos,*
*que los entur bian cabezas*
*ſeñaladas de mi yerro.*
*Al fin mis atos ſe incluyen*
*En los que citien mi cuerpo,*
*y en vn* Agnus Dei *de alchimia*
*ſe rematan mis corderos.*

Dictum illud Heroicum *Non plus vltra*, iam etiam in omnibus linguis admittitur. D. Ioan. Soto-mayor de Eximio Dom. Doctore Deza.

*Y para decirlo todo*
*en vna palabra, Deza*
*es lo ſummo de las Artes,*
Non plus vltra *de las Ciencias*.

In Hiſpaniarum tabulis *Finis terræ* eſt promontorium illud apud Gallecos, cui inſunt S.Maria, Iunogia, & Cormes, coram inſulis Graciosà, Michaeliâ, & Bizargà: vel vt veteres voluerunt, promontorium illud quod reſpicit fretum Hærculeum: vbi duo montes ſunt (Calpe & Abyla) qui Herculis columnæ vocantur. Huc reſpiciebat Ledeſma, quando de Morte deuotè, & ingenioſè cecinit.

*Para que ninguno yerre*
*El* Plus vltra, *que deſea,*
*En mis dos colunas lea,*
*Como ſoy el* Finis terræ.

Chriſti Crux, quâ authoritate Regiâ inſigniuntur præcipui Nobiles in Luſitania, vocatur *Habito de Chriſtus*: & idem Ledeſma in alio Epigrammate.

*Si la Cruz del Redentor*
*Adorna el pecho de Andres,*
*Habito de* Chriſtus *es*
*El del tal Commendador.*

Et quidem miſcêre linguas diuerſas vitium eſt: condemnat illud Cicero dicens, ſe nolle affirmans frequentiùs vti vocibus Græcis in ſermone Latino, quàm Latinis vtuntur Philoſophi Athenienſes in Græco. Hoc idem condemnat in Lucillio Horatius *lib.* 1. *Sat.* 10. vbi ait.

*At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis*
*Miſcuit. ò ſeri ſtudiorum, qui ne putetis*
*Difficile & mirum Rhodio, quod Pitho leonti*
*Contigit. at: ſermo linguâ concinnus vtraque.*
*Suauior: vt Chio nota ſi commiſta Falerno eſt.*
*Quùm verſus facias, te ipsũ percontor, an & quùm*
*Dura tibi peragenda rei ſit cauſa Perilli*
*Scilicet oblitus patriæque patriſque Latini,*
*Quùm Pedius cauſas exſudet Poplicola, atque*
*Coruinus, patrijs intermiſcere petita.*
*Verba foris malis, Canuſini more bilinguis.*
*Atque ego quùm Græcos facerem, natus mare circa*
*Verſiculos, vetuit me tali voce Quirinus*
*Poſt mediam noctem viſus, quùm ſomnia vera.*

Quos verſus Petrus Gualterus Chabotius hac exornat Analyſi. [Itaque veteres Comici laudati ſunt ob facetam animaduerſionem: contra Hermogenes & Demetrius Simius vituperati, quod illam contempſerint inepta modulatione contenti, & ſola imitatione L. Caluij, & Valerij Catulli poëtarum elegiacorum, Lucillianæ, Lucillianæ autem Latinæ ora-

orationis Græca intertextæ admiratores inopia judicij oſtendit laborare paribus. Perinde mihi Lucillus ridiculus videtur conjunctione vocum Grecarum cum Latinis, atque Pitholeon Rhodius, qui comica quædam & Epigrammata non diſſimili vtriuſque linguæ permiſtione aſperſerat: cujus concinnatam falsò creditam ironicis ſimilibus confutat: vnde tamen diſſimilia videntur intelligenda, vt vinum auſterum miſtura dulcis fit ſuauiùs: ſic oratio Latina efficitur gratior Græcæ permiſtione: ex quo fit, vt quidam è laudatoribus orationis Lucillianæ malit in causâ Sacrilegi Pitillij agenda obliuiſci patrij ſermonis aduerſus accuſatores Pedium Poplicolam, & Meſſalum Coruinum huius ſtudioſiſſimos, & vti peregrino: cuius maiorum comparationis protaſis illuſtratur ſimilibus, ita vis, inquit, bilinguis videri, vt Canuſini populi, qui ſciebant græcè, & latinè: vtrumque tandem comparatum teſtimonio Diuino confutatur, quo talis miſtura ſermonis vetatur, idque paribus firmatur. ]

Nonnulli, vt græcizandi pruriginem, quâ laborant, tueantur, Iuuenalem adlegant; qui vt plurimum bis fuit abuſus, aut ſortè vſus Græcis vocabulis. Iterum *libro* 1. vbi duos Amaſios depingit tenerè inter ſe colloquentes & tunc ad Græcum idioma, quod ſit mollius blandius, & effœminatiùs recurrit. nam cum Græcorum lingua multas habeat dictiones deſinentes in N. & multarum patiatur vocalium concurſum immemor ſynalæphæ, laſciuum & floccidum eſt: & ideò eodem vſus fuit *lib* 3. vt argumento loci, & temporis calamũ attemperaret.

Fateor multa iocantibus interdum licere, quæ ſeriò agentibus concedere religio ſit. Inter iocoſa carmina D. Ludouicus de Gongora multa habet ex linguâ Latinâ deſumpta. In tertio Eidyllio (*Romance*) ſic inquit:

*Seruì à Condes, ſeruì à Reyes,*
*acta que por varios caſos*
Tendimus in Latium, *digo,*
*me mirais tendido y làcio*.

Et in quinto, quod ſequitur:

*Toda la tierra e corrido*,
*el mare viſto en Latin*;
Mare - vidi *muchas vezes*,
*pero no vn maravedì*.

Eſt autem marauedînus. (Hiſp. *marauedì*) genus monetæ vilis, quæ eſt minor Germanorum Crucigeris: argenteum enim conſtituunt quinque Belgici Stupheri, & 34. maravedini Hiſpanici.

Acutiùs alius Iunior Latinum Idioma reſpexit, ſed non tetigit, dicens:

*Hizo ayer ſu confeſſion*
*vn Marido, y dixo enfin,*
*quo el era lo que en Latin,*
*es deſnudo el coraçon.*

Id quod Hiſpani *deſnudo coraçon*, vocant Latini *Cor-nudum*; & maritos quos *Cornutos* Latini, illos Hiſpani *Cornudos* appellant.

Sic placuit nugari Poëtis, qui, ſi loquerentur ſeriò, vſi fuiſſent idiomate ſincero & puro, nec illud peregrino immiſcuiſſent.

DXCVI.

IOannes Alſtedius Encyclopædiæ *lib.* 10. *ſect.* 4. *cap.* 5. §. 50. duo ponit Diſticha ſimilia: alterum propter diuerſitatem linguarum jubebitur huc pertinere: & alterum propter Charitum ſimilitudinem concomitari.

*Qui* REMINISCO *putat ſe dicere poſſe latinè*
*Hic vbi* CO *ſcriptum eſt, faceret* COR, *ſic cor*
*haberet.*

Sic

*Qui putat* ἐνθυμεῖν *ſe Græcè dicere poſſe*,
*Hic pro* μεῖν *faceret* μειοξ, *ſi* θυμὸν *haberet.*

## *De Verſibus Polyglottis.*

MXCVII.

MVTANTVR cum tempore affectus. Compluti ſub annum MDCXX. Erant in ſummo pretio carmina Latino-Hiſpanica, ſeu Hiſpano-Latina: illa nimirùm, quæ alternatiuè procedebant, & carmina noſtræ linguæ immiſcebant Latinis. Audiui orationes Panegyricas hoc verſuum genere: feci & declamaui etiam. Et in laureâ Eximij D. Lienier, me committens fluxui & refluxui Academico, orationem habui, in quâ diuerſarum linguarum rhythmis & metris ſum vſus. Perierunt cum multis alijs illæ ſchedæ; & quæ tunc meruerunt amicorum applauſum, fortè etiamnum benignè legerentur, ſi extarent. Feci ſub illud tempus ad Philippi IV. Regis Hiſpaniæ laudem, Cantionem Lyricam, quæ incipit.

M*Vſas, que el Dios Apollo.*
illuſtrat radijs, lumine coronat,
*cantad de polo a polo*
eſſe Philippum Quartum quem honorat

el

*el Indio Dios Neptuno*
in mari, in bello Mars, in cœlo Iuno. &c.

Etiam tunc excidij Troiani Deſcriptionem Hiſpano-Latinam concinnaui, quam perdidi. Vnam aut alteram ſtropham, quam teneo memoriâ, produco.

TROIA.

BRonces vndidos, marmoles deſechos,
*Antiquitùs ſuperba eximio honore;*
Memoria en vueſtras ruynas de los echos
*Gradiui Martis; perdido decore*
No quedaron los hados ſatisfechos,
*Siquidem quamuis ſine antiquo honore*
Eſten vueſtras murallas, ſobraos gloria,
*Cùm ſit nulla perennior, quàm memoria.*
Quando ſobres los cuernos de la Luna
*Inſidentem contemplor Maieſtatem:*
Otros Excenta de infeliz Fortuna
*Iudicent fore tantam dignitatem:*
Yo por lo menos viendos por coluna
*Incertæ Phœbes poni varietatem,*
Temì de tantas glorias el aumento
*Perſiſtere variato ſundamento.*
De quin ſe hizo lugar en todo el Mundo
*Excelſa credens Mœnia venti pennis,*
Paſando en ſus cimientos al profundo
*Obiecta. Tethyos inundantis venis.*
Oy ſu eſplendor que à nadie fuè ſegundo
*Lethæi ſigillis conditur abennis,*
Ignora ſu lugar todo elemento
*Et viuit ſolo nomine retento, &c.*

Sicut conformauimus hæc Carmina, potuimus alia condere, quæ tribus, quatuor aut pluribus linguis correſponderent: nam quoddam Epigramma (Soneto) trilingue legi in Petrarcha Hiſpano, quem edidit Henricus Garcès: (illud ibi inter laudatoria ſub ipſum initium inuenies) & D. Ludouicus de Gongora publicauit hoc Epigramma quadrilingue.

SONETO.

LAS tablas del baxel deſpedaçadas
*Signum naufragij; pinum & crudele*
Del templo ſacro con le rote bele,
*Ficaraon nas paredes penduradas*
Del tiempo las iniurias perdonadas
*Et Orionis vi nimboſæ ſtellæ*
Raccoglio les merite pecorelle
*Nas ribeiras de Betis eſpalhadas.*
Voluerè à ſer Paſtor, pues marinero
*Quel dio non vuol, chel, col ſuo, ſtrale ſpenna*
Do Auſtro o aſopros, e do Oceam as agoas.
*Haziendo al triſte ſon aunque groſero*
Di queſta canna, gias el baggia donna
*Sauda de as feras, e a oſpenedos magoas.*

Eſt carmen tetraglotton, (Caſtellanum, Latinũ, Tuſcanum, Luſitanumque) & in D. Ludouici operibus, quæ collegit D. Gundizaluus de Hozes & Corduua anno 1633. reperietur Amorum libro, num. 4.

DXCVIII.

OBIIT Ferdinandus Cæſar, Imperator Auguſtus, & Muſæ omnes vt fidem ſuã erga Diuum (mortui eſt Cæſaris Epithetum) oſtenderent, attemperarunt fides, & dulces lachrymas ſunt modulatæ. P. Eugenius à ſancto Ioſepho Muſà quidem politiſſimà & eruditiſſimà fruitur, à quà recepit numeros ſubſequentes.

EPITAPHIVM.

*Quicunque regno fidit & magnà potens*
*Dominatur Aulà. * Videat, * hic paruus cinis*
*Eſt Ferdinandi: huc ille decreuit Gigas.*

Eſt ex tribus Senecæ verſibus compoſitum [ex Troià. ex Hercule Ætæo, &c.] & dilucidatur hoc Italico-Latino concentu.

ARRESTA in queſto loco, arreſta i paſsi.
*Fernandi Tumulum ſpecta, monumenta doloris:*
Tributa pure a queſti Auguſti ſaſſi
*Mœrores, lacrymas, gemitus, ſupiria Amoris.*
Saper brami qual fù, prima che Paſſi?
*Princeps, Rex, Cæſar. Quæ non inſignia honoris?*
Giuſto, Clemente, e Pio. Se'l mondo amaſſi
*Illacrymans gemeres: Ah! Cur bis ceſſit ab oris?*
Quattro luſtri ei ſoſtenne il grand'Impero.
*Hìc iacet. Arbor erat Miranda, ex arbora fructus*
Per lo Ciel colſe Aprile, Autunno altiero.
*Auſter præualuit. Tumuerunt vndique fluctus.*
Parti, ſe'l cor ti trema, ò paſſaggiero;
*Sintque viæ comites, Planctus, Suſpiria, Luctus.*

Eleo-

Eleonora etiam Auguſta ſuum ſolem in Aurora deficientem larget Italico-Latinis verſibus,

NOCTIS *finis erat. Stillabant vndique rores,*
L'Auguſta Aurora lagrime ſpargea:
*Formoſa à fletu perdebant ora colores,*
Che'l ſuo Sol, la ſua Luce all'hor perdea.
*Inuidioſa nimis mors infeſtauit Amores,*
La ſua falce girando ardira, e rea:
*Gaudia praſcidit, ſparſit Libitina dolores,*
Dal ſuo cor diuellando il cor c'hauea.
*Defeciſſe videns Phœbæum lumen amatum,*
Se ſteſſa ammanta di funebri ſtole:
*Splendores temnit cor luſtibus obtenebratum.*
Maritarſi con l'ombre ella ſol vuole,
*Et meritò; Cælum lugens apparet atratum,*
Mentre ſi eccliſſa, o pur s'aſconde il Sole.
O prodigio! O portento!
Mentre Fernando more,
Perde la Vita, il Core
E l'Alma Leonora,
E pur ſoſpira ogn'hora.

De Cæſaris ἀποθεώσει [beati enim, qui in Domino moriuntur, & ille obdormiuit in Domino:] ibidem hoc ſonectum Italico-Latinum inuenies.

PER le ſtrade del Ciel drizzaua il corſo,
*Atque volantis Equi ſpumantia fræna regebat*
Il famoſo Ruggier cui diè ſoccorſo
*Fortis Amor Deus, inuantataque parata videbat.*
Egli colà d'ignudi ſaſſi al dorſo,
*(Hoc quoque fecit Amor) fallacia gaudia habebat:*
Ma dal ſonno amoroſo eſſendo ei ſcoſſo
*Cum magico ſomno fugientia gaudia flebat.*
L'Aquila Imperial adopra Auguſto,
*Huius ſubuectus pennis ſuper aſtra meabis*
Che non calcaſti mai ſentiero ingiuſto.
*Tu quia vanus amans ficto ſubſidere ſtabis,*
Eroe d'Amori; Ma d'alte glorie onuſto
*Auguſte, ad Cæli tu Regna Auguſte volabis.*

Auſtria poſtquam omnes Germanicæ linguæ flauiſſas in lachrymas amaras vertaret: vt adhuc poſſit diutiùs & dulciùs lachrymari, ad Latinæ & Italicæ Linguæ puriſſimos theſauros recurrit; & ſicut binis oculis luget, ſic duabus linguis gemit, theſaurumque ſublatum à Parca deplorat.

RVBBARO il mio teſor le ſtelle auare
*Flecte huc, Iſter, iter, Fernandi an funera ploras?*
*Præ luctu ipſa trahunt flumina tarda moras.*
E mutan l'acque dolci in onde amare.
Benche hor torbide ſian l'acque tue chiare,
*Proſequere, Iſter, iter ſemotas Orbis ad oras*
*Narrans triſtitiæ flumina quanta voras;*
E come il pianto mio t'ha fatto vn Mare.
*Naufragium Imperio ſi venti vndique minantur,*
Non però dee temer d'eſſer abſorto;
*Neptuno ecce mea, Leopoldo, Sceptra parantur.*
Da ſue virtudi inanimito, e ſcorto
*Ne metuat, Naues quod Regni in ſaxa ferantur:*
Che fia cura del Ciel riporle in porto.

# MVSA IV. BILINGVIS SIMVLTANEA.

☞ DIC.

PLVRES linguas poſſe ſibi ſuccedere iam vidiſti: at poſſe ſimul fluere & in eodem verborum contextu reperiri impoſſibile aut ſaltem difficillimum iudicas. Et ego ſicut impoſſibilia eſſe eiuſmodi carmina nego eſſe difficilia confiteor. Porrò apud Ioannem Rèngifum *in Arte Poetica*, Angelum Manriquium *in funereâ Philippi III. pompa*, aliosque nonnulla Hiſpanico-Latina reperio. Subſequentia Epigrammata (nos *ſonectos* dicimus) lege & perpende.

*REPA-*

SONETO.

*REPARANDO tam celebres ruinas,*
*Filippe das honores excellentes:*
*Exaltando Doctores eminentes.*
*Doctas, illuſtras, aulas Salmantinas.*
*Tantò, domas nationes peregrinas,*
*Quantò reſolutiones das prudentes,*
*Caſtigando malignos delinquentes*
*Quando arrogancias tumidas inclinas.*
*Affligè iniuſtos, prouidos corona,*
*Manifeſtando peſtes tam occultas,*
*Graues culpas declara publicando.*
*Preſume grandes glorias de Bellona*
*Contra gentes indomitas incultas*
*Leones generoſos imitando.*

Sic cecinit P. Antonius Monroy Ordinis Prædicatorum.

SONETO

OTV Academia, de felices voces,
Quæ de Filippo quarto reſonantes,
Cantent Heroicas hymnos elegantes
Victorias annuntiando tam veloces.
Quæ graues doment animos feroces,
Quando de Marte palmas dent triumphantes
Captiuando ceruices arrogantes,
Domando incultos, barbaros, atroces.
De prudente Monarcha inſtitutiones
Sacras, graues obſerua generoſa
Rectamente ſuaues pia conſerua.
Quæ obſeruando tam iuſtas traditiones,
Paces conſeruas tu, ſi das glorioſa
Inclytos familiares de Minerua.

*Accinuit P. Thomas de S. Vincentio eiuſdem Ordinis.*

SONETO

*MISERA Francia, quæ ſuſtentas gentes*
*Apoſtatas, hæreticas, vitioſas.*
*Quæ machinando fraudes cauteloſas*
*Perturban infinitos innocentes.*
*Predicando doctrinas differentes,*
*Falſas, immundas, leues, pernitioſas*
*Cauta-mente allegando fabuloſas*
*Hiſtorias peregrinas apparentes.*
*Quantas anguſtias, quantas turbationes*
*Cauſas dando tam perfidas perſonas,*
*Quæ contra puras animas ſinceras,*
*Sacrilegas inuentent opiniones!*
*Si Francia taleb principes coronas*
*Quales fines de gente tal' eſperas.*

I.R.F.

SONETO

HEroicos triunfos, palmas valeroſas
Canta (famoſa [a] Clio) [b] dignamente
De progenie tam alta, ſi excellente
Manifeſtando glorias prodigioſas.
[c] Reſuſcita memorias generoſas
(Deſunctas tanto, quanto [b] injuſtamente)
Deſcribe de tam degno, ſi eminente
Imperio circunſtancias prodigioſas.
Contempla [d] de-los triunfos glorias tantas,
Filippos de Auſtria Principes Marciales
[e] De oi excedant maritimas arenas.
Delos [d] Filippos generoſos cantas
Lauros illuſtres, triunfos immortales,
Quando de Marte impetus ſerenas.

*Hoc Epigramma iuuenis, aut veriùs puer, concinnaui compluti, vt ingenium excolerem. Notas iſtas ſubſcribo.*

[a] Clio mihi eſt Muſarum tertia, Virgilio prima: Heroica præſentia & præterita concinit. Virgilius de Muſarum inuentis. *Clio geſta canens, tranſactis tempora reddit*.

[b] *Dignà mente*. Apud Latinos eſt duplex vox, & ſignificat *cantare mente dignà*: apud Hiſpanos eſt aduerbium, *dignè*. Sicut etiam *iuſtamente*, iuſtè: *claramente*, clarè; &c.

[c] *Reſuſcita* in penultima aut in antepenultimà accentum habet. *Reſuſcita*, Latinum eſt: ſed *Reſuſcita*, Hiſpanicum.

[d] *Delos* Latinè eſt ſimplex vox, notatque celebrem Inſulam Muſis & Apollini ſacram: Hiſpanicè eſt duplex vox *de los*, & eſt τῶν, *ipſorum*.

[e] *De oi*, aut de *de oy*, Hiſpanicè *ab hodierna die*: Latinè *D'Eoi*, hoc eſt, *Dij Eoi*.

SONETO.

*QVantas mercedes das, quantos fauores,*
*Diuina Prouidentia; contemplando*
*Inflammonte de amante incendio blãdo,*
*Reſpiro deuociones, cantò amores.*
*Dulces hymnos de gloria precurſores*
*Celebro, applaudo, eſtimo, adoro, quando*
*De Angelica harmonia conſolando*
*Propicia iſtas potencias inferiores.*
*Quando de propria carne me ſuſtentas*
*O mi Paſtor, de rara melodia*
*Communicas ſuaues conſonancias.*
*Significando quanta ſympatia,*
*Quantas vniones preparando intentas*
*Splendida cena, iluſtres abundancias.*

P. Fredericus Enriquez, Ord. S. Hieronymi Religioſus, Madriti apud Palatium, qui dicitur, *El buen retiro*.

MVSA

# MVSA V. ANAGRAMMATICA.

☞ DC.

POSSVNT & ſolent ad duas diuerſas linguas pertinere literarum & characterum Protei: puta, ſi ad vnam Programma, & Anagramma ad aliam ſpectat. Rariora ſunt huius Artis exempla. Aliqua dabimus. Nobilis & ingenioſus Dominus Ioannes Cottunius, Patauij Philoſophiæ, Medicinæ, & S.Theol. Doctor Epigrammatum libr. 1. pag. 31. in D. Gaſparis Luſitani, amici ſui, abſentià exclamat ἡ Ῥώμη θρηνεῖ *Roma luget*. Ex quo Lemmate oriuntur in linguis diuerſis Anagrammata. Illa ſubſcribo.

*Programma Græcum*

ἡ Ῥώμη θρηνεῖ

*Anagramma I. Latinum*

*Homeri necem, mutatur* R *in* M.

*Anagramma II. Hiſpanicum.*

Throno merece *mutatur* I *in* O.

In certamine Poetico, quod inſtituit Vniuerſitas Salmanticenſis, anno 1629. ob genethiliam Principis: & typis edidit Dom. Chriſtophorus de la Zarraga anno 1630. propoſitum fuit hoc Programma Latinum: quod, quia triginta literas complectitur, voluerunt illud multi non carere myſterio; & hanc ob rem, Chronicum Numerarium eſſe dixerunt, & exprimere annum, quo in academià Paleſtrà de ingenio & acumine decertabatur. Programma erat;

*Balthaſar Carolus Dominicus Lucas.*

Ex illo multa dedit Idioma Latinum Anagrammata: ſed hoc quia erat Hiſpanicum viſum fuit laude dignius.

*De la lis y rubì naſcì Catholica Roſa.*

Interim purum non eſt, ſed multum à legibus præſcriptis errans; nam SVVM, vertit in EIYI; & omnium opinione quatuor in Anagrammate mutare literas, nimium & intolerabile eſt.

Ad Filij & Matris gloriam ex hoc Programmate Hiſpano.

*Alabado ſea el ſantiſſimo Sacramento.*

Hoc Latinum Anagramma deduxi. [Sino.]

*O ſancta, ò alma Dei Mater, bea nos alios*

Alios quidem: alij enim eramus, cùm peccauimus: alij cùm pœnitentiam agimus; exuimus enim veterem hominem cum actibus ſuis, & in nouum hominem mutati ſumus.

# MVSA VI. ACROSTICHA.

☞ DCI.

HVC omnia carmina, quæ initialibus verſuum autdictionum aliquam exhibét ſententiam, reducemus: poſſunt enim eſſe Græca aut Latina, & per Acroſtichin proponere aliquam aſſertionem Perſicam vel Arabicam. Exempla nonnulla ſubijcio.

Natus eſt Anno MDCXXIX. in ipſo S. Lucæ Euangeliſtæ peruigilio Princeps Balthaſſar, Philippi IV. Hiſpaniæ Regis Filius; & eius Genethliam Salmanticenſis Vniuerſitas Certamine Poetico celebrauit. Carmina, quæ laudem & præmium meruere, collecta in librum prodierunt apud Tabernier anno ſequenti: & inter alia Epigramma doctis placuit:

F*ulgido Princeps* V*eſti dum cœpit* O*lympo*
C*ur gemino clarus* F*ulgurat igne Deus*
R*em cape ne dubites* L*ucæ ſi lumine* D*iui*
I*nſeritur crocei* R*egia celſa Poli*
A*uſtriaci ſi Solis* I*neſt noua flamma* I*ubarq;*
A*uſtricomâſq; oritur* V*entris ab orbe nitor*
N*omina ſi radios* S*pirãt tria Principis* O*rbi*
T*ernas quid mirum* T*endat Apollo faces.*

Literæ maiores, quæ per initiales & medias decidunt, formant iſtam ſententiam Hiſpanicam, *Francia, tu Lis fruto dio:* quod eſt Latinè; *Gallia: tuum Lilium* (nimirum, Iſabella Borbonia, Henrici IV. filia, & Ludouici XIII. Galliarum Regum ſoror) *fructum dedit.*

# MVSA VII. PAROMOEA.

☞ DCII.

AB Acroſtichà non multum diſtat, quod enim illa primis verſuum literis,hec primis dictionum exponit.

Obijt Maclouius Poponius , Diuionenſis Parlamenti Senator , vir ingenij acris ſubtiliſque: & marmori hoc Epitaphium Collegæ inſculpi & incidì curarunt.

*Mens aſtuta, capax legum, orando valuiſſet*
*Præclarè omnigenis populis obtendere nubem.*
Pulchra laus ! an non eſſet celebrior , & dignior,
*Obſcuris dubijs poſſit ſi obtendere lucem ?*

Sic placuit illis amicum & ſocium celebrare. Sed quem ? ſume primas dictionum literas, & inuenies hoc Gallicum nomen, MACLOY POPON.

Modum hunc vocem aliquam occultè inſinuandi in hoc Tetraſticho Græco-Latino inuenio.

*Lais, Eros, & Ibis, Chiron, & Eros, Iris alter,*
*Nomina ſi ſcribas, prima elementa adime.*
*Vt facias verbum, quod tu facis, Eune Magiſter,*
*Dicere me Latium non decet opprobrium.*

Et cur hos verſus Græco-Latinos dixerim, qui purè Latini videntur? quia, ſi vocum primas literas ſumpſeris inuenies hanc vocem Λείχει. Gallicè, *il leſche*: Latinè, *lambit*. quod adulatoribus conuenit, qui vt mordeant, lambunt.

Poſſet aliquis ad hanc Ideam Steganographicas literas obſeſſæ ciuitati ſcribere: in quibus, dum altera exteriùs linguâ nihil, quod poſſit nocere, proponitur; alterâ interiùs nucleus difficultatis explicatur. Conſidera ſequentem Epiſtolam.

*Ex literis Ludouici Villæi, noſtri exercitus ſeditionem obſeruo. Si Dux adeſſet res eſſet ſecura. Opta Comilitonibus commoditatem. Omnes rurſus reuertemur Ophiram.*

Intercipitur ab hoſtibus. quid inde? Permittent, vt tranſeat, vt obſeſſi deſperent: non enim ſuppetias ab exercitu, qui regreditur, habere poterunt. Conſignatur tandem in manus Ducis obſeſſi, qui literas initiales conjungens, inuenit ſententiam Hiſpanicam, *El lunes os darè ſoccorro.* & nouos animos concipiens, hortatur ſingulos, vt ſtrenuè procedant, & auxiliares copias jam jam ad futuras ſpectent.

Et quia de Steganographiâ loquimur, tu poſitæ Ciphræ diffidis: & licèt duabus clauibus, & ſeris clauſam, per viam judicas; ſunt enim in Europâ nobiliſſima & promptiſſima ingenia, quæ Epiſtola talis non fugiat. Ergo, ſi prima clauis, quæ literas initiales ſumit; ſi ſecunda, quæ ad linguam diuerſam recurrit, non videatur ſufficere; addam hanc tertiam.

*Dum ſcribis naturæ ordinem ſerua. Hic Ordo poſtulat. vt rectus obliquo, nomen verbo, verbum termino actionis proponatur. Poſteà ſcripta ad ordinem eloquentiæ reducas. Qui autem Epiſtolam receperit ex eloquentiæ ordine, ad naturæ ordinem dictiones referet, & in initialibus ſecretum, quod optat, inueniet.*

Pono exemplum. Petrus ab hoſte obſeſſus, dum neſcit, quibus debeat confidere, à ſupremo militiæ Duce hanc epiſtolam recipit.

*Exiuit Regis Patruus: nos Didacum Aluaradum exſpectare debemus. Exterminat Dantiſcum peſtis. Obijt Rex.*

Si colligat primas dictionum literas, nihil proficiet: inueniet enim iſtud Chaos. *Erpnda, eded por.* Ergo ex Rhetorico vocum ordine ad naturalem orationem conuertens, tranſcribet.

*Patruus Regis exiuit: nos debemus exſpectare Didacum Aluaradum: peſtis exterminat Dantiſcum. Rex obijt.*

Et colligens initiales leget, *Prended a Pedro* hoc eſt, *In carcerem conijciatis Petrum.*

# MVSA VIII. GLOSSOGRAPHA.

☞ DCIII.

INTERDVM Gloſſema, Gloſſaque ad linguas diuerſas ſpectant: quod licet rariùs accidat, non caret venuſtate & ingenio. Primo mihi loco ponendus venit Garcias Laſſus de la Vega, Poëta celeber qui hunc verſum,

*Non eſſerui paſſato oltra la gonna.*

quem Aulici extraxerant ex Primà Cantione Petrarchæ, & frequenter dicebant, gloſſauit & dilucidauit hoc Soneto.

*Con anſia eſtrema de mirar, que tiene*
*vueſtro pecho eſcondido alla en ſu centro.*
*y veer, ſi a lo de afuera lo de adentro*
*en aparencia y sèr igual conuiene.*
*En el puſe la viſta, mas detiene*
*de vueſtro hermoſo sèr el duro enquentro*
*mis ojos. y no paſan tan a dentro,*
*que miren lo que el alma en ſi contiene.*
*Y aſsi ſe quedan triſtes a la puerta.*
*hecha por mi dolor con eſa mano,*
*que aun à ſu miſmo pecho no perdona.*
*Donde vì claro mi eſperan a muerta,*
*y el golpe què hizo en vos Amor en vano*
non eſſerui paſſato oltra la gonna.

Monui, & moneo Gloſſemata eſſe debere aut ab alijs data, aut vniuerſis nota, nam aliàs nullam haberent gratiam.

Exſecrationibus inepta videtur lingua Hiſpanica, & ideo ſolemus alijs vti linguis, vt aliquid duriùs dicamus. D. Ludouicus Gongora in Angliam, & Reginam Iſabellam inuectus, vt animi amaritudinem exprimeret, non voluit lingua materna vti, ſed ad peregrinam recurrens, verſum illum adſumpſit,

*Fiama dal Ciel ſu le tue treccie pioua.*

quem D. Garcias Salcedo Coronel to. 2. Comment. monet eſſe Petrarchæ in quodam Soneto. Numeros Domini Ludouici ſubijcio.

*O ya Iſla Catholica potente*
*templo de fè, ya templo de heregia*
*campo de Marte, eſcuela de Mineru,*
*ò igna de que las ſienes, que algun dia*
*ornò corona real de oro luciente,*
*ciña guirnalda vil de eſteril yerua:*
*madre dichoſa y obediente ſierua*
*de Arturos, de Eduar os, y de Henricos,*
*ricos de fortaleza, y de Fè ricos.*
*a hora condenada a infamia eterna*
*por la que te gobierna*
*con la mano ocupada,*
*del vſo, en vez dèl cetro y de la eſpada:*
*muger de muchos, y de muchos nuera:*
*ò Reyna torpe, Reyna no, mas loba*
*libidinoſa y fiera,*
fiama dal Ciel ſu le tue treccie pioua:

Gongoram Ioannes Valentini Cæſareæ Capellæ præfectus imitatur, & Strophas Italicas carminibus Latinis claudit. Conſidera ſequentes numeros.

## *Tria Anagrammata.*

LEOPOLDVS es, & eris, quia Oles duplo, duplo ſole, ludes polo.

*L'opre tue, le tue parole*
*Danno odore*
*Dentro, e fuore*
*Più che fior, roſe, e viole,*
*Che dan doppia gioia al ſuolo:*
Oles duplo, duplo ſole, ludes polo.
*Tù che ſcendi d'alta prole*
*Duplicato*
*Sei beato:*
*Scherzerai con l'ampia mole,*
*E col Ciel ſpiegando il volo:*
Oles duplo, duplo ſole, ludes polo.
*Tù, che ſei quel che far ſuole*
*D' odor pieno*
*Chi vien meno,*
*E raddoppi à chi ſi duole*
*Guſto eterno ſenza duolo,*
Oles duplo, duplo ſole, ludes polo.
*Tù che ſei quel pio, che cole,*
*Tutto zelo,*
*Chiaro il Cielo,*

*E che*

*E che ſplendi entro le ſcuole,*
*Doue Apollo è Maſtro ſolo,*
Oles duplo, duplo ſole, ludes polo.

Eiuſdem Valentini ſunt etiam numeri ſubſequentes.

*De l'Augel Auguſto à canto*
*Porti il Cigno,*
*Che benigno*
*Fà che porti in Cielo il vanto:*
*E perciò dopo 'l trofeo*
*Tù darai con voto, e canto,*
Pullos Deo.

# MVSA IX. ECHETICA.

☞ DCIV.

PVLCHRA ſunt illa carmina. quæ vno idiomate Nimpham Echo, alio diuerſo reſponſuram interrogant. Sunt rara & difficilia, ſed non ideo negligenda. Conſidera lineas ſequentes.

HYACINTHO Y ECHO.

*Nympha velòz, que habitas eſtas ſierras.*
*Viendo quanto te cueſtan mis amores,*
*Por hallarte corrì mill tierras:* Erras.
*No ay yerròs Echo. que te eſtimo.* Et imò
*Di, que ſe pierde en los amores?* Mores.
*Tarde lleguè, en vano me la ſtimo.*
*Mas quiero preguntarte,*
*Con que podrè dexar de amarte?* Marte.
*Y ſi la paz me offreſce flores?* Ores.
*Let ras y Armas el Amor ſuſpenden!*
*Armas y letras tengo.*
*Iuego dos ojas con tan gran acierto,*
*Que las letras ſe quejan,*
*Que fruto y flor en ojas le conuierto.*
*No e meneſter orar, ni hallar a Marte.*
*Sino ſolo oluidarte.* Id Arte
*Arte quien inuentò tan fiero?* Hiero.
*Voy me pues guſtas de mi muerte.* Verte.
*No voluerè, que deſeſpero.* Spero.
*No ay que eſperar: no e de voluer a verte:*
*Que eres ayre muger, y asì inconſtante:*
*Yyo mas firme; que el mejor diamante.*

Occaſio huius carminis condendi hæc fuit. Inter alios amicos, & condiſcipulos, quos habui Salmanticæ fuit Hyacinthus, Theologiæ auditor, & amator Soliziæ. & hoc fato tam vario, vt quærens repelleretur, & aduocaretur repellens. Miratus adoleſcentis vices, hæc fudi Diſticha:

*Dum Nymphā quærit ſolers Hyacinthus amata,*
*Illum per montis compita Nympha fugit.*
*Tædet eum ſceleris. Sed quando recedit, eumdē*
*Lugens per montis compita Nympha petit.*

A Theologicis ſcholis ad Politicas tranſiens, tandem illam obtinuit, & in Belgio promotus militibus hodie ius dicit.

[Hyacinthi fabula nota eſt: Hieronis memini, de quo minor apud doctos notitia. Fuit Ἱέρων Athenienſis, Niciæ amicus condiſcipuluſque: dicitur Artem obliuionis inueniſſe, & docuiſſe.]

# MVSA X. PARODICA.

☞ DCV.

VLTIMVM genus Parodiæ eſt, cùm vnum Poëma integrum alijs verbis & ad aliud fortè argumentum Philomuſus elîmat: quod tametſi in linguâ Latinâ gratiam habeat, majorem profectì præſefert, quando ex vnâ linguâ in aliam tranſit. Et quia iſte tranſitus eſt duplex, etiam Muſa hæc poteſt ad duos Genios reduci: quoniam vel ſecunda Pagina eſt ſimplex prioris interpretatio, puta ſi prima ſit Latina & ſecunda illam reddat Hiſpanicè, nihil addendo alterando aut mutando, & hæc inter Parodias, aut locum non habet, aut infimum: vel ſecunda, verba imitando, ſubjectum & argumentum mutat, & hæc eſt ſublimior meliorque.

## *De primo Genere,*

AN ad primum hoc genus, an potiùs ad ſecundum ſpectent ingenioſæ Simonis Oliuæ Menillij, Senatoris Toloſani Paraphraſes, quas anno M.DC.XLII. evulgauit. Quoniam ſi dicantur eſſe Gallicorum verſuum Tranſlationes, huc debebunt reduci: at ſunt plenæ ingenioſis & eruditis ſaculis, & locum nobiliorem merentur. Hanc illæ ob rem non *Verſiones* aut *Interpretationes* vocauit, ſed *Paraphraſes*. Illas ergo in ſecundo genere collocemus.

## *De ſecundo Genere.*

TRansformationum libros, quos Ouidius Latinè, D. Renoijardus in Gallicum Idioma tranſtulit, & & in lucem emiſit. Authorem Interpretemq; Dominus de Lingendes Elegia erudita honorauit: cuius aliquot verſus ſubijcio.

*OVIDE c'eſt à tort, que tu ve ux mettre Auguſte*
*Au range des immortels*
*Ton exi el nous aprend, qu'el eſt oit trop iniuſte*
*Por auoir des Autels, &c.*

Prædictam ergo perpolitam Elegiam D. Menillius hac Parodica Paraphraſi donauit & dilucidauit.

*NASO quid Auguſtum non iuſto carmine tentas*
*Inter ſydereos annumerare Deos?*
*Quos illi Diuum ſacros adſcribis honores*
*Pœna tui exilij non meruiſſe docet.*
*Nam te dum Scythicis iniurios alligat oris,*
*Hoc facto verbis diſſidet ipſe tuis.*
*Scilicet vt nimiæ ſontem te crimine laudis*
*Multarent, Superis hoc placuiſſe reor.*
*Ille equidem Muſis infenſus ahenea geſſit*
*Pectora, & Hircanis aſperiora feris,*
*Qui tantum patriæ, quo ſe ſuper aſtra ferebat,*
*Ingenij potuit ſubripuiſſe decus.*
*Tota ſuo quamuis ſtaret ſub Cæſare tellus,*
*Et famulis flueret ſubdita Tethys aquis,*
*Debuit ille tuæ, vates diuine, Thalię*
*Nil ſibi par toto credere in orbe datum.*
*Sed nec eum ingentis flexit vaga gloria famæ,*
*Quà tua ad Aurorę littora vecta chelys:*
*Blanda nec emotam ſedarunt carmina mentem,*
*Carmina Phœbæis æquiparanda modis.*
*Non exorato perſtans adamante Tyrannus*
*Difficili nullas audijt aure preces.*
*O quantùm perculſa tuis Erycino querelis*
*Indoluit, roſeas imbre rigante genas!*
*Et quantùm nati celebrem miſerata magiſtrum*
*Sæuitiam iniuſti Principis increpuit.*
*Aonias paſſis te diſcendente capillis,*
*Funereiſque ferunt veſtibus iſſe Deas.*
*Inque tuo elatum lugentes funere Phœbum*
*Queſtubus incomptas ſollicitaſſe lyras.*
*Ipſe pater glaucum abijciens Tyberinus amictum*
*In luctum effuſo flumine ſoluit aquas.*
*Gramineęque ſedens frondoſa in margine ripæ,*
*Plurima quà tremulum vibrat arundo caput,*
*Aethera per liquidum ſtudio iactauit inani*
*Se nunquam tantis ingemuiſſe malis.*
*Et turbata minùs ciuili pectora clade,*
*Theſſalicà Eumenides cùm tonuere tubà,*
*Cognataſque ruens acies meliore Quiritum*
*Mars ferus Aemathios ſanguine ſparſit agros.*
*Aſſuetæ, nitido dum Cynthia lumine fulget,*
*Naiades ad lætos ſe ſociare choros,*
*Et verſus recitare tuos, tua fata ſecutæ*
*Tybridis arentes deſeruere lacus.*
*Has reor vt profugà pontus te naue recepit*
*Linquentem patrij rura beata ſoli,*
*Ad latus incuruę fuſas vidiſſe carinæ*
*Sulcantes patula cærula regna manu.*
*Sed tibi non illas ſoli aſpexiſſe natantes*
*Contigit, indomitis ſors fuit æqua Getis.*
*Atonitis hæſere animis, Diuaſque per æquor*
*Tam longe comites obſtupuere vię.*
*Talia dum gelido ſpectat gens nata ſub axe,*
*Cui ſpecioſa hominis nil niſi forma ſubeſt.*
*Credidit expulſos homineſque, Deoſque Latinis*
*Finibus, æquorea vertere terga fuga.*
*Pectora mortales miſereſcere neſcia caſus*
*Affectus leges tunc didicere nouas.*
*Et pium amicitię, exemplo monſtrante Dearum,*
*Felici egerunt ſorte tyrocinium.*
*Effera, & in duris miſerorum arentia fatis*
*Humana paſci lumina ſuete nece,*
*Excita in ignotos truculentis gentibus vſus*
*Fletibus vndanti tunc maduere ſinu.*
*Quin etiam Scythicas tua per ſuſpiria cautes*
*Mirus inaudita mollijt arte dolor.*
*Viſaque ſub rigido glacialis frigore cœli*
*Stricta gelu lacrymis ſaxa liquata tuis.*
*Sed mites hominum ſcopulos dum ſumere mores*
*Vidit in immiti Sarmatis ora ſolo,*
*Rupis Hyperboreę ſeuo Saturnia tellus*
*Vidit in Auguſto robur ineſſe triplex.*
*Nec te illud latuit, pauidaſque per exſulis aures*
*Crebreſcnes Latij ſe tulit ira Ducis.*
*Ecquid adhæc animi tam dira exempla ferocis*

Laudibus immeritum nos celebrare iubes?
Et mitem appellare Deum, votiſque vocato
Non ſecus ac magno ponere templa Ioui?
Quin illi potiùs ſacratas deijcis aras,
Aſſyriique vetas thuris honore frui.
Et Diuum nitidis prohibens accumbere menſis
Pocula nectareo plena liquore negas.
Abijce ſpem, quam vita tibi ſine labe peracta
Et factis adhibet nobilitata pijs.
Nulla tibi in duro fiducia Cæſare ſubſit,
Sollicita priſcos exue mente lares
Fata vetant reditum, neque enim hoc dignantur honore
Dij ſuperi patriam, quam malè poſcis, humum.
Hæc Iouis igne magis, quàm vultu digna poetæ,
Cui male grata ſuos auſa negare ſinus.
Infelix tellus! infelix ipſe Cupido!
Fecit in hac cauſà quem quoque fama reum.
Hinc illum Geticos perhibent penetraſſe receſſus,
Omnis vt ex vero res tibi nota foret.
O quantùm populis patuit mutatus ab illo,
Delicias mundi quem dedit eſſe Venus.
Non illi facies, qualem melioribus annis
Mirata eſt Orbis nobile Roma caput.
Cùm puero vibrare leues in corda ſagittas,
Monſtrareſque noua Cypridis arte iocos.
Non illi pharetræ, non tela, arcuſque, nec vllæ
Purpurea ſolitę luce micare faces.
Felix, ſi niuei ſeruaſſet lintea veli,
Quo madidas multo tergeret imbre genas.
Talis erat quondam Paphia dum venit ab arce,
Puluere fœdatis, ſquallidus ora comis,
Matris vt in luctu, extinctum quę flebat Adonim,
Tunderet infenſa pectora mœſta manu.
Qui, tibi quà viſus ſpecie, potuiſſet Amorem
Immotus ſiccis cernere luminibus,
Nil ille illacrymans poſſet placiduſque tueri
Patris in arſuro corpus inane rogo.
Sed tanti facies illi non ſola doloris.
Funereis inerat picta ſinè arte modis:
Acris imago metus pallenti hærebat in ore,
Qui ſolitum vocis prępediebat iter.
Nempe tuę dictus pœnę exitiabilis auctor,
Quà patrijs exſul iuſſus abeſſe focis,
Multa gemens vultus exhorreſcebat amatos,
Irati veritus triſte ſupercilium.
Cunctanti occurris placidus, properaſque pauentis
Corde, ſerenata pellere fronte metum.
Attonitæ ſic priſca redit fiducia menti,
Et voci in tales eſt via facta ſonus.
Blande Magiſter, ait, penitis defixe medullis,
Lux mea, & ipſius dulcis Amoris amor,
Cernere dum caros longo poſt tempore vultus,
Ex quo raptus abes, ſorte fauente datur,
Diſcere ab affectu, qui non incognitus extat,
Quanta meo inſideant gaudia corde potes.

Nec tantę, in duris indigna obliuia rebus,
Ingratuſque animus cauſſa fuere morę.
Deſertos Scythia venio quòd ſerus in agros
Hoc facit ingenti miſtus amore metus.
Infenſum extimuit nullius conſcia culpę
Mens mea, & hęc ſęuis addita pœna malis.
De mihi quippe tuos mœrentem aſcribere caſus
Teſtis ab extremo rettulit orbe polus.
Durus qui miſeris non ęqua leuamina curis,
Inque tuo iniuſtam vulnere quęris opem;
Incuſaſque meas artes nil tale merentes,
Cæſaris vt valeas attenuare ſcelus.
Si tamen vlla tuum muniuit vindicta dolorem,
Crimina quanta velis ferre aliena iuuat.
Sed quid ab immerito pœnam impacate repoſcas?
Quem non vna graui pondere pœna premit.
Cerne Dei informes deiecto lumine vultus,
Iudicioque tuo vel ſatis vltus eris.
Occubuit decus omne meum, nec iam mihi conſtat
An ſim qui fueram tam bene notus Amor.
Exſilij poſt fata tui pretioſa decoris
Inſtrumenta animo diſplicuere meo.
Dum faciem ſpecto, viſumque per omnia duco,
Nulla mei mentem vel leuis vmbra ſubit.
Perdita ſunt quęcumque Venus, Superique benigna
Tùque mihi dederas munera larga manu.
Seruatæ tantùm geminæ, quas, reſpicis, alę,
Queis Geticas poſſem vectus adire plagas.
Ne tamen vt lacrymis moueam tua pectoro fuſis
Imare fatiſcentes crede madere genas.
Sponte cadut, non quò mage cultus in aſtra reuertar
Quę decora amiſi fletibus hiſce peto.
Nec tua vt ars, quę quondā habui, metuēda miniſtret
Tela, frequens oculis labitur vnda meis.
Dentur vt in luctu fractę ſolatia menti
Huc me remigio prępete penna tulit.
Hęc quoque, ne Latium tibi dira cupido videndi
Exagitet mentem, ſtat mihi cauſſa vię.
Thuricremas Superùm nequicquam fuſus ad aras
Pro reditu ſupplex vota, precèſque facis.
Impia Roma ſuis dum te regionibus arcet
Prouocat iratos in ſua damna Deos.
Inde tibi Euphratis potiùs, Gangiſque fluenta
Quàm patrium Tyberim cernere fata darent.
Abſiſte in vanas animum diſcindere curas,
Affectuſque tui vim ratione doma.
Cede Deûm ſtudijs, terramque oblitus auitam
Francica, quæ monſtrant Numina, regna ſubi.
Muſarum hìc florent, tenerique Cupidinis artes,
Ingeniſque viget non ſine laude ſolum.
Omnis ad has blando poſitas ſub ſydere terras
Heſperiæ, Phœbo iudice, ſordet humus.
Nullus in hoc tractu leges non callet amandi,
Molliculis docuit quas tua Muſa metris.
Hic tanto mihi ſacra calent altaria thure,
Tot mihi ſuſpendunt anxia vota viri,
Impe-

*Imperiique mei deuoto pectore gaudent*
*Vincula ſub Veneris molle ſubire iugum.*
*Vt quæ floruerant inſigni Amathuſia cultu*
*Neglectis iaceant templa inhonora tholis.*
*Dein forma egregia, vultuque nitente puellæ*
*Naturæ hic ſuperant candidioris opus,*
*Quas cupido terris ſpatians vbi lumine vidi,*
*Diſplicet aſtriferi nobilis aula poli.*
*Has inter cœleſte tuum* LOTHARINGIA *ſydus*
*Eoo radians lumine ſuauè micat.*
*Virgo, quam vitrei naſcentem in margine Clani*
*Excepit roſeo Gallia læta ſinu.*
*Vtque nouam poſitis aris venerata Dionon*
*Thura pia ad cunas feſtaque ſerta tulit.*
*Illam vbi, quã dixit, dabitur ſpectare* RENATAM,
*Soſpite quà virtus priſca renata viget,*
*Ipſe parem dices formæ morumque nitore*
*Vrbem Dardanij non habuiſſe Ducis.*
*Talis erat Daphne dum carmine pulchrior exit,*
*Meque ſuis oculis, arte tuàque capit,*
*Et mundi lumen diuinum Hyperiona cogit*
*Virginis intentum lumina cara ſequi.*
*Hinc mihi, cùm blandos Diuę ſtellantis ocellos*
*Contueor, cęco pectus ab igne calet.*
*Conſumor, ſed flamma placet, nec iam mihi veli*
*Vſus, vt hanc videam quæ mihi viſa nocet.*
*Illa eſt, quam blandi diffundere virus amoris*
*Sequana per ripæ gramina picta videt.*
*Accurrunt auidi, properantque haurire venenum,*
*Quo ratio captæ mentis ab arce cadit.*
*At numeris tantùm illa tuis vulgata per orbem,*
*Laudari, vt par eſt, candida forma poteſt.*
*Ergo Romulidas, queis te malè plangis ademptum,*
*Deſere, & in Francos te celer infer agros.*
*Heroina tuæ famâ ſtimulata Camœnæ*
*Cantantem ad citharę plectra videre cupit.*
*Clara tibi placidas oſtendit Gallia ſedes,*
*Et portum ærumnis; Eia age rumpe moras,*
*Ocyùs & veniens patrio ſermone reiecto*
*Diſce ſacer vates Francica verba loqui.*
*Seceſſum intereà ſpondet Renoardus amicum,*
*Otiaque in blandis ingenioſa locis,*
*Mellifluoque tuæ, cœli quà ſydera mulces,*
*Ore parat populis pandere ſenſa lyræ.*
*Hic ille eſt, cuius facundo è pectore manat*
*Illita Cecropijs Gallica Suada fauis.*
*Qui dulci teneros gremio excepturus Amores*
*Si te non primum Muſa tuliſſet, erat.*
*Hoc duce quid timeas? quo doctus Apollo ſuperbit,*
*Quo viget Aoni turba nouena chori,*
*Fluminaque eloquij Francis Helicone relicto*
*Ad vada Sequanicæ fundere gaudet aquæ.*
*Sic effatus Amor, cui te data numine dextro*
*Fata ſequuturum blandus, ouanſque refers.*
*Et comis ſocium populi, ciuemque futurum*
*Natalis poſito ruris amore voues.*
*Ergo ades, & Salicæ propera ſuccedere terrę,*
*Quæ tibi liligeras tendit amica manus.*
*Pollicitique memor Diuæ ne gaudia differ,*
*Quam tot ad aſtra tibi laudibus egit Amor.*
*Acccede æthereos formæ viſurus honores,*
*Quos Charis eſſe ſuos, & Venus ipſa velit.*
*Accede vt meritam laudes, meque inſuper ipſum*
*Edoceas paribus concelebrare modis.*

Edidit & alias idem Perilluſtris D. Simon Oliua Menillius ingenij plenas: hæc enim ſoneta.

*I. Sur les Armes de Monſeigneur le Cardinal Duc de Richelieu.*

*II. Sur la priſe d'Arras.*

*III. A Monſeigneur le* Dauphin *ſur la naiſſance de Monſeigneur le Duc d'Anjou.*

*IV. Sur la maladie de Monſeigneur le Duc de Longueuille.*

*V. Sur le Paſſage du Rhin, de Monſeigneur le Duc de Longueuille.*

à diuerſis Poetis Gallicè edita, & ab Academia ſummo applauſu recepta per Parodiam Latinè reddit, & in elegantiſſima Diſticha tranſtulit.

# MVSA XI. PEREGRINA.

*Vtrùm carmina Hexametra, Pentametra, Iambica, Sapphica, &c. ſeruatis numeris Græcis Latiniſque condi poſſint in alijs linguis?*

DCVI.

MVLTI liberè affirmant, alij liberiùs negant: & dum illi nil probant, iſti obtinent, & omnibus aut ferè præſcribunt. D. Ioſephus de Pellicer y Salas, edidit librum magnum & eruditum, qui inſcribitur, *Liciones ſolennes, al Poliphemo de D. Luis de Gongora, Pindaro Andaluz, Principe de los Poetas Lyricos de Eſpaña.* Poſſem de ſingulis vocibus tituli dubitare: poſſem velle neſcire, cur hæ Pellicerij Lectiones debuerint *ſolennes* nominari? poſſem velle doceri, cur Gõgora componatur cum Pindaro; hunc enim Græci numerant inter Lyricos, & Gongoræ Polyphemus eſt Epi-

Epicus. Poſſem addere Gongoram, ingenij quidem ſummi fuiſſe, extraordinarij tamen & in ſphœrà ſuà vnicum, primum, & vltimum, nec poſſe cum alijs componi. Poſſem conqueri nouum idioma à Gongorà in media Hiſpania inuentum, non cultum, ſed occultum, in obſcuritate, & vocum nouitate conſiſtens, quod indigeat interprete, vt intelligatur. Id tam ægrè D. Franciſcus de Queuedo tolerabat, vt ſæpe dixerit.

*Es coſa impertinente,*
*Que quien eſcribiò ayer, oy ſe comente.*

Has, & alias poſſem controuerſias mouere, ſi de Gongorà, & eius verſibus, qui aliàs pèrplacent diſputarem: at aliò me vocat hæc Peregrina Muſa. & ideò vnam aut alteram Pellicerij opinionem expendam.

Ipſe ſub initium ſolennium Lectionum, quas citaui, duo aſſerit: alterum, verſus illos Hiſpanos, quos dicimus *Coplas de arte mayor*, eſſe Sapphicos: alterum ab Hiſpanis inuentos illos fuiſſe, quos *Verſos de Soneto* vocamus.

Primò igitur Verſus artis maioris, quos dicemus, non eſſe Sapphicos, poteſt demonſtrari euidenter: ratio enim carminis in menſura conſiſtit, & diuerſitas carminum in diuersa menſura: vnde carmina *Metra* vocantur. At Sapphici, & Verſus artis maioris menſura differunt: ergo ſunt differentes. Aſſumptio perſuadebitur clarè: nam Sapphicus componitur vndecim ſyllabis, & diuiditur in partes duas quarum prior quinque, & ſex ſyllabis conſtat poſterior: at Verſus artis maioris conſtat duodecim, & diuiditur in duas partes æquales. Vlterioris probationis loco contempleris, & metiaris hæc Sapphica: Horat. lib. I. Ode XXII.

*Quale portentum / neque militaris*
*Daunia in latis / alit eſculetis:*
*Nec Iuve tellus / generat leonum*
*Arida nutrix.*

Lineola hæc (/) ita intercidit verſus, vt quinque ſyllabis ſex poſtponat. Contemplere etiam, & eum prioribus iſtos verſus (Artis majoris ſunt) accuratè compone:

*Tale nunc portentum / neque militaris*
*In latis Europas / alit eſculetis:*
*Net tellus Indorum / quæ diſtincta metis.*
*Produxit & nutrijt / monſtra, quæ miraris.*

Maneat igitur Sapphicos eſſe hendecaſyllabos; Verſus Artis majoris eſſe doce Caſyllabos; adeoque Sapphicos differre à Verſibus Artis maioris,

Huius quæſtionis diſſolutio nouam quæſtionem parit quæ interrogat, an ſaltem maioris Artis verſus alijs Latinis, aut fortè Grecis correſpondeant?

Reſpondeo inter Trochæos Ternarium reperiri [videlicet - ᴗ - ᴗ - ᴗ] eumdemque dici Ityphallicum dimetrom brachy catalecticum. Profeſſores Giſſani in ſua Poëtica *libr. 2. cap. 3. §. 4. pag. 262.* hoc vtuntur exemplo..

*Huc ades ſupremi*
*Filius Tonantis:*
*Virginis que partus*
*Vnicus puellæ.*

Sunt verſus Hexaſyllabi: quorum ſinguli illis correſpondent, quos *Endechas* vocamus: & bini illis, puos *Coplas de arte mayor*. Conſidera ſequentes lineas.

*Ityphallica.*
- ᴗ - ᴗ - ᴗ
*Endechas.*

Antiph. *Gaude Maria Virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo Mundo.*

Virgo bellicoſa
Hæreſes triumphas.
Protegis fideles
Charitate ſumma.
Quando Rex Propheta
poſtulabat Vnam:
Diua, Te petebat
Aſtra dedituram.

Pſalm. *Vnam petij à Domino hanc requiram:* & quā? Mariam. Et cur? *Vt inhabitem in domo Domini* &c.

Mater es Tonantis,
Sancta, recta, pura.
adjuua Clientes,
Filioſque cura.
Terra te celebrat
frigida ac aduſta:
Teque Olympus ipſe
dicit eſſe ſummam.
Naufrago inter vndas
clara Cynoſura:

*Maria maris ſtella.*

Sol vt ipſe electa:
pulchra vt ipſa Luna.
Pauca poſtulamus,
cuncta profutura:
illa quæſo præſtes,
Virgo-Mater vna.

*Pulchra vt Luna: electa vt Sol: terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.*

Se-

*Senarij Trochaici*
*è binis Ityphalicis compoſiti ;*
- ᴗ - 8 - ᴗ ] - 8 - ᴗ - 8
*Coplas de arte mayor .*

*Angelo Scholarũ / Maximo Magiſtro :*
*Atque literarum / Soli luminoſo :*
*Infideles contra / Marti bellicoſo ;*
*Atque veritatis / optimo Miniſtro .*
*Mentium ſupremæ / Diuo nempe Thomæ .*
*Hunc mei laboris / dedico volumen :*
*Dantur in quo multæ / quæ præbere lumen*
*Doctrinæ nunc poſſint / vniformes Gnomæ .*

Vſus ſum Trochaici verſûs numeris, qui in locis imparibus trochæum ; in paribus verò ſpondeum ſi volueris admittit. Sextæ ſyllabæ indulſi, vt eſſet longa, ratione cæſuræ : terminat enim Ityphallicum , & vltima cuiuſcumque carminis indifferens eſt .

Venio ad ſecundum , & duo aſſero : alterum Sapphicos correſpondere verſibus quos *de Soneto* Hiſpanus dicit. alterum , hos verſus inuentos non fuiſſe ab Hiſpano. Sed à quo? A Sappho , dulciſſima Poëtria , quæ huic verſuum generi & numeros dedit & nomen .

Italia , fœcundiſſima ingeniorum parens , & altrix indulſit Orbi literario multos & ſubtiles Poëtas , inter quos ſenior vix reperietur Dante, qui floruit anno 1263. Hiſpania, licèt hodie habeat Poëtas innumeros , ante Dionyſium Portugalliæ Regem vix componebat carmina . Vixit Dionyſius ſub annum. 1260.

Hinc infert D. Ioſephus Pellicerius eiuſmodi verſus non ab Italis , ſed ab Hiſpanis fuiſſe inuentos : nam, vt ait, Dionyſius, qui illo verſuum genere delectabatur , fuit Dante antiquior. At ego de conſequenti dubito : & conſequentiam nego : hanc enim non probat Emanuel de Faria, quem Ioſephus allegat ; nec anni expreſſi : nam ſi alter floruit ſub annum 1260. alter 1263. fuerunt contemporanei .

Pronuncio igitur id genus carminum inuentum à dulciſſimâ Sappho apud Græcos : addo ſtando Fariæ ratiocinio ( an id ſubſiſtat, aut non, alibi examinabo) illud ſub idem tempus ad Rhythmum & numeros faciliores reductum apud Hiſpanos à Dionyſio ; & apud Italos à Dante .

His prælibatis principali controuerſiæ reſpondeo , aſſerens *etiam in alijs linguis Orientalibus , & Occidentalibus* ( Hebræâ, Chaldæâ , Syriacâ, Arabicâ: &c. Hiſpanicâ, Italicâ , Gallicâ, Belgicâ, Germanicâ, Bohemicâ, Hũgaricâ Anglicâ, Scoticâ , Hibernicâ : &c. ) *poſſe confici Metra, Hexametra , Pentametra , Iambica , Sapphica , Anacreontica* , &c. quod ipſum nonnullis exemplis confirmabo .

*Hexametra .*

Non ſunt deficilia in idiomate Hiſpano aut Italico : habemus enim voces , & pronunciationem ſimillimam linguæ Latinæ . Confidera ſequentes lineas .

*Canten las Muſas del gran Leopoldo triumphos ;*
*Victorias canten , que ya la Fama celebra ,*
*Y todo el mundo . diganque Marte miniſtra*
*Rayos Fulmineos ; por que Leopoldo ſolennes*
*Conſegue lauros , que ſon de Iuppiter : armas*
*Que ſon de Palas , y de la docta Minerua .*

*Diſticha Elegiaca .*

Conſtant, vt vidimus , ex Hexametro & Pentametro : nec carent ſuauitate tranſlata ad alias linguas. Pono exemplum .

*Empiece Phebo con voz y aliento gigante ,*
*Y ſus Caſtalias Virgenes oy le ſigan .*
*Suſpenda y pare ſu mouimento celeſte ;*
*El Sol , Mercurio, Marte, Saturno Venus .*
*Y oygan mis vozes , que con aliento ſonoro*
*Dizen ; guerrero Principe , lo que deben.* &c.

*Sapphica .*

Conduntur duobus modis : aut enim ſola ſunt, aut Adonijs immixta. Prioris generis ſunt hæc .

*Phœbus auratis cytharis canorus*
*Acta declamat ſacra Ferdinandi :*
*Aſtra quas celſi celebrant Olympi,*
*Perſonat lauros , reſonat triumphos ,*
*Conſonat palmas , reboat coronas .*
*Laureas cantat , numerat trophæa .*
*Accinunt Phœbo reſonæ ſorores .*
*Geſta , virtutes , clypeos, & arma ,*
*Bella conflictus cydares , coronas ,*
*Et Viri laudes meritas recenſent .* &c.

& poſterioris hæc .

*Dulce Bernardus Cythariſta carmen .*
*Virgini-Matri cecinit Mariæ .*
*Penſitat Virgo placida erudito*
*Carmina lacte .*

In alijs etiam linguis poſſumus alterutram melodiam imitari . Lege has lineas .

*Honra de Eſpaña , generoſo Duque :*
*Fuerte ſoldado , Capitan illuſtre :*
*Oy tus impreſas teme el vniuerſo ,*
*Principe Carlos .*

Eoſ-

Eoſdem numeros reperies in hoc Syrio Tetraſtico.

כגברא תובתנא גברא שמיניא
מלכא תובתנא מליא תיבותא
מלכא דהיטפנין מריא דכלנשא
גברא פילִיפוט

*Gabro tubtbono, gabro ſcbmaionio:*
*Malco tubthouo, malio taibutho:*
*Malco dhiſpanin, Morio deculnoſcho;*
*Gabro Philippus.*

Placuit in his Metris Syriacis Hebraicis characteribus vti, typo enim proprio carebamus & propter diphtongorum, & literarum conſonantium concurſum, placuit vti hac ideâ [ - ◡ - - - ] ◡ ◡ - 8 · 8.] & Latinè tranſcribere.

*Heros inclyte; Heros celeſtis:*
*Rex inclyte; plenè gratia & pulchritudine.*
*Rex Hiſpanorum: Domine omnium gentium:*
*Princeps Philippe.*

# MVSA XII. BELGICA.

*Ponit ob oculos ſingulariſſimam Plempij Proſodiam, Latinarum ſyllabarum quantitates ex Idiomate Belgico determinantem.*

DCVII.

PRODIIT Amſterodami ex Henrici Laurentij Officinâ, anno ſalutis CIↃ. IↃC. XXXVII. Libellus pulcher & quicquid Erycius Puteanus cōtradixerit, Heinſij, Scriuerij, Barlæi, & Voſſij iudicio (vt ex ſui Authoris Epigrammate lxxxiij. conſtat) eruditue & doctus, ſub hac Epigraphâ, *Cornelij Giſelberti Plempij Ortogrophia Belgica; in quà etiam obiter de Latinà, & Græcà*. in quo aliter, quàm vulgo fit, de literis ſyllabiſque diſcutatur. Ibi multa Carmina Belgica ad Græcos Latinoſque numeros conformantur: nouæ Proſodiæ leger ponuntur: &c. juuat adnotaſſe ſubſequentia.

I, *Literæ conſonæ, quæ vocalem præcedunt, nec augent, nec minuunt quantitatem*. Sic Do & Sto non differre videntur,

II. *Litera, quæ vocalem ſequitur, illam claudit & terminat*. Sic vocalis ante vocalem, vel vnicam conſonantem, eſt breuis; ante duas conſonantes longa: vt prima ſyllaba in *Eò, Et, Ecce*. Ergo vocalis, quæ non clauditur, producitur; idem igitur eſt dicere *Le-gib-us*, ac *Leegib-us*. [ Sanè hæc doctrina in finalibus ſuas patietur difficultates; peto enim cur *Mu-ſa* in nominatiuo habeat vltimam breuem, in ablatiuo longam? itavt ibi ſit *Muuſa*, hîc verò *Muuſaa*? differentia à conſonis peti non poteſt: nec aliud caput vnde longitudo ſumatur, in toto illo libello reperitur.]

III. *Quando I, præcedentem vocalem producit duplex eſt*. Sic olim ſcribebatur. Vt conſtat ex *pag*.47. Ciceroni teſte Quintiliano placuit *aijo* non *ajo*. Ergo *Maija*, non *Maja* &c. In quibus *a* eſt longum, quia in diphtongum *ai* tranſit. Sed cur *rejectus* primam retinet longam? quia vel ſcribendum eſt *reijectus*, per duplex I, vel *rei-ectus*, per ſimplex, ita vt *rei* ſit diphtongus: & hunc ſecundum modum placuiſſe ait Virgilio, cum dixit,

*à flumine rei-ce capellas*, pro *reijce*.

primum verò Lucretio, vt colligi poteſt ex hoc verſu.

*Et manibus nitidū teneris opus effluit eii*, pro *ei*.

Hinc patet, cur in *bijuges*, *trijuges*, & *quadrijuges*, antepenultima ſit breuis, nam ibi non placuit Veteribus literam I duplicare, ne tres III. ſimul concurrerent; pura, ſi *biijuges*, *triijuges*, & *quadriijuges* ſcriberent.

Hinc conſtat alter ſyllabas inter ſe diſpeſci, quàm Grammatici exiſtimant. Hos verſus *Leg*.32. in exemplum proponit.

*Arm-av ir|umqu-ec-an|o Troſ|a-qui|pri-mus-ab|o-ris*
*I-tal-i|amf-a|to-prof-ug|us L-a|vi-naq-ue-v|e-nit.* &c.

Ex hac ille doctrina *pag*. 31. reſoluit difficilem quæſtionem, quam olim Latinis propoſuit Quintilianus, & non benè Iuniores decidunt: videlicet, ad vtrum pertineat conſona inter duas vocales reperta? vt cùm dicimus *Legamus* & *Legimus*.

Sanè, ſi ſyllaba prior ſit breuis, ad illam illa conſona ſpectat: nam illam terminando, corripit: ſi longa, ad ſequentem, nam vocalis, quæ conſona non terminatur, geminatur, hoc eſt producitur. Sic *Legamus*, ſi eſt à *lego.gis* habet priorem breuem; & effertur à Cornelio

*Leg-a-mus*: ſi à *lègo gas*, longam; & *Le-ga mus* efſertur. Huc pertinet illud Tityri Epitaphium, quod *pag.7.* producit.

*Tityrus hic patulæ recubat: ſub tegmine py- ri,*
*Syllaba prima vetat dicere; dico pyr-i.*

Huc & illa tria Epigrammata, quæ ex libro I. III. & V. ſuorum carminum adſumit, & *pag.26.* reponit.

Epigramma XL. ex libr. III.

*VTI litterulis non debet ſemper iiſdem,*
*Proxima de verbis qui dare verba cupit:*
*E ſocio in ſocium ſpecies amat ire colorem:*
*Qui ruber albeſcit floſculus, ipſa roſa eſt.*
*Ex* ago *vult* actum *fieri, male feceris* agtum.
*Litteraq; in charta eſt, quod color in tabulâ.*

Epigramma LXXIV. ex libro I.

*SI potes hoc aliquis mihi dicere Grammaticorum:*
*Syllaba cur longa eſt* pulicis; *haud* culicis?
*Nil rationis habens argumentaris, ab vſu.*
*Lingua mihi dicat* puulicis, & cul-icis.
*Quæ dicit* fijd-um, *dicat quoque longua* fid-elem:
Sool-em *vox* ſool-um *dicito*; *terra* ſol-um *eſt*.
*Talpa* mol *eſt Batavis*; *Floræ malè talpa* mo-leſtus;
*Diſcat Flora loqui, talpa* mol-eſtus *erit*.
*Talpa* mol-is *fiet quoquè, ſi bene Roma loquatur:*
*Syllabam enim faciet littera demta brevem.*
*Quàm malè qui primus poſuit, non ſenſit acuto*
*Quid ſit in accentu; cenſuit eſſe moram.*
*Syllaba ſæpe brevis punctim, & profertur acutim:*
*Semper at eſſe breuis vult; poſitura vetat.*
*Omnibus hæc adeò vitium addidit inſcia linguis:*
*Vt iam ſit* mannus, *qui* man-us *antè fuit*.
Hel *noſtrum ut Graijs* Hellas, *Romæ* helluo *fiat*,
*Qualis hiat patulo Cerberus ore triſaux*.

Epigramma LXXII. ex libro V.

*QVOS mit-o, Marce, bonos eſ-e verſus fortè negabis:*
*Sunt mali il-i, fateor, ſi poſitura bona eſt.*
*Si poſitura * ſal-it Græcos ſimul, atq; Latinos,*
*Crede mihi, nul-us è verſibus his ma lus eſt.*
Terra *fuit* ter-a *tunc, cùm Romæ ſcriberet augur;*
*Aque* can-à, *haud* cannà, *dicta canalis erat*.
Baſſis *erat* baſ-is, *&* tollo tol-o: *nempe tolutim.*
*Mula it, ſublatos cùm rapit acta pedes.*

* Sequor (ait Plempius) in hoc verbo (**ſal-it*) hodiernam Latinorum pronunciationem: nam Celticum *ſaalt* ſyllabam *ſal* iubet eſſe longam: ex *ſaal* enim natum eſt *ſaalo*, poſteà *ſalo*; quia in *ſals*, ſeu *vals* illa *a* breuis eſt.

Vt Plempij doctrinam impugnes, quodcumque poſſes, ſed nomen *Pelagus* in exemplum producis. Effert ille *pal-ag-us*; & cur non *pe-la-gus*?

Reſpondet ille *pag.33.* longas ſyllabas corripi, breves produci pronunciando poſſe; ſed nulla aurium voluptate; immò manifeſto tædio: naturâ nempe verborum refragante: Ob quod olim à populo Romano ridebantur fabularum actores, ſi quando longam ſyllabam celeriter, vel brevem tardatim protuliſſent: didiceratque vulgus longas ſyllabas (nō addo litteras) à brevibus, breves à longis interneſcere; cuius rei Cicero inde Oratore meminit: neque, me iudice, id fuit difficile; cùm omnes vocales longæ ſint diphthongi.

HAC doctrinâ præmiſsâ & fusè expoſitâ quænam in Linguâ Belgicâ breves, & quænam longæ ſyllabæ ſint ingenioſus ediſſerit, & numeros Græcos imitatus carmina conformat ſubſequentia.

*Pater noſter.* 't Vader ons. *Heroici,*

ONſeral-er Vader tot in Heemelen hoochſte verheeren,
Vdijn heilige naem moet vverden, en eere gegeven;
Dijn rijk toekoom; dijn vvil ſoo geſchiede beneden
Opd'aerd, als booven door dienſte der Engelen: heden
Ons ons dachlik brood geeſt: end'uit groote genaden
Onſe ſchulden al ons vergeeſd, als andre beladen
Met ſchulden iegens ons vvy quijtſchelden en eeven
Vroed in lieſde met haer, als gans onſchuldige, leven:
End' en leid ons niet in vvankelbare bekooring,
Maer ons bevrijt van des quaeds archliſtige ſtooring.

*Credo.*

*Credo.* 't Geloof. *Iambici.*

'k GEloov' in een God: Vader hy almachtich is,
IESVM, te recht die Chriſtus hiet; en Soone Goods
Alcenich is; den Heer van ons: ontfangen af
Den Heiligen Geeſt: uut Marìa maecht gebaert.
Geleden heeft hy onder een, die Pontius
Pilatus hiete: is gekruiſt geſturven, en
Begraven ook: ter Hel dan hy is neergedaeld,
En van de dooden opgeſtaen de derde dach:
Opgeklom-en ten Heemel, en ter rechter hant
Van God ſit hy den Vader, een die vermach al,
Leevenden hy ſal koomen, en doon oordelen
Van daer. 'k geloov' ook in de Geeſt, die heilich is;
Een heilig, algemeine Kerk: der heiligen
Gemeinſchap, en der ſonden ook vergeevenls.
Verrijſenis des vleis; en een onendelik
Leeven; dat ons God geeve nae de naere doot.

*Charitas fraterna.* Broederlijke Liefde.
*Hexametri.*

MEnſchen al uit eenen Vaer ſijnde van aerde ghebooren
En te betoonen an andre gelijk Broers lief de behooren.

Idem Latinè.

*Mortales omnes vno luteo Patre nati*
*Officijs fratres decet alternemus amorem.*

*Matrimonium.* 'Thouelik. *Elegiaci.*

Door man-en en en vrouen blijſd ons geſlachte dehouen:
VVaakte man, en brouniet, vvaerdor, en ons ſtam-eriet.

Idem Latinè:

*Femellam niſi ſæpe mari bona copula iungat,*
*Gens hominum rara, & ſicca, vt arundo, foret.*

*Quatuor Nouiſſima.* De vier uiterſten.
*Hexametri.*

Senkt om dood, en om oordel, en Hel vvel, en eeuige vreuchden,
Ofdijn ſiele beroid komt noit tot ſalige deucheden.

Idem Latinè.

*Mortem, Iudicium, Infernum, meditareque Cælum,*
*Ne virtute rarens tibe mens labatur inanis.*

Tvierde kuſien van I. Secundus, toegevoecht den ontſteeken ſiele tot haer beminde Chriſtus. *Phaleuci.*

MET ſijn mondeken als de Lieſſte kuſt my,
Maekt my ſuiker, en al te ſoete luſt bly:
'Kſuip dan ſeer lek-er'ypokras met hoopen:
Door mijn keele dan ik bevind te loopen
Drop van rooſen, en angenaeme blomen,
VVaer met rechte van *ik* mach hooge roemen.
Heemeldoue dan ons bevocht de lippen;
Na dien ſoude vvel ook de bije ſtipen,
Die vlied ooveral in de groene tuinen,
Daer elk bloemeken heeft ſap in de kruinen.
Sal ſoodanige vreuchde my gebeuren?
'Kna geen andere vvel de denk te ſpeuren;
'Tvvaer my d'hoochſte genuchte ſondere ende:
Maer ik deeſe genuchte noit bekende,
Noit en ſmaekte, Beminde, ſonder u; gy
Moet my blijven, en andere geene, dicht by.
Mocht ik ſoo't Paradijs met u betreden,
Eeuich vvaere vvel ik met u te vreden,
Geev al rijke God ondere arme leden.

Idem Latinè.

*NON das oſcula Chriſte; nectar, ò, das*
*Das rores animæ ſuaveolentes,*
*Das nardumque, thymumque, cynnamumq;*
*Et mel, quale iugis legunt Hymetti,*
*Aut in Cecropijs apes roſetis;*
*Atque hinc virgineis, & inde ceris*
*Septum vimineo tegunt quaſillo:*
*Quæ ſi multa mihi voranda dentur,*
*Immortalis in ijs repente fiam,*
*Menſarumque epulis fruar tuarum:*
*Per te munera tanta nota nobis:*

*Tu ſis, Chriſte, meuſque ſemper;*
*Non addi, ò, ſine te volo beatis:*
*Tu cælum, paradiſus eſque amanti;*
*Felix tecum ego, ter, quaterque felix,*
*O mortalis inops, Deuſque diues!*

*Scomma.* Klad op de CH-vvrakers. *Iambici.*

HEt kleine hert, dan 't groote, veel is moediger,
De lichte voet, dan ſvvaere, veel is ſpoediger:
Dan bodſig'ook ſijn ſpitſe vingers vlijtiger,
Het enkle vel, dan 't duble, voelt profitiger:
Het ſnugre kop, dan 't groove, me geſvvinder is;
De fijne naeld van dichte ſteeken vinder is:
Dan 't lange oor, is't korte gauer luiſteraer:
VVie niet en hoord hoe veel *ch* en geen van aer
Veerſcheelen, heeft al ooren, acht ik, lange vvat:
'K ſeg niet dat ook ſijn Vader eeſels ooren had.

*Da pacem Domine. Sapphici.*

EEuich, almachtich ſchep-er, en behoeder
Van Son, en Maen, en 't hel-e ſtergevvelfſel,
Ook vvat omlaech rold der-evvers, of hervvers,
Ende verandert:
VVie ſal het moorden ſtut-en, ende branden?
VVie ſal ons oorlochs ſel e vonken uiten?
VVie ſal in vriendſchaps ſtil-e koelte vinden
Onſe gemoeden?
VVilder als beeren, dul-er als verhongerd
VVolfs gebroet ſijn vvy ſin-elooſe menſchen:
'Traeſt al om geld, om prat-e pracht, en om'sherts
Geile genuchten.
VVaer is hy? Ionas, ſeg ik, in de VValvis:
Daer mach hy vaſten, bid-en, ende geeven
God, dat hy vind: vvy ſit-en in de ſchoot van
'Taerds-paradijs ſacht:
Hooven, en heerſchen, glim-en als iu-eelen;
Donder, en blixem vvel op onſe hoofd valt,
Maer te vergeefs; vvant vv' heb-en hulp, en heul an
Droch, ſoch, en afgrond,
Leider, hoe vverd nu Ninive bedurven!
Ionas en komd niet: 't is al over hoop van
Korte verbetring: 't is, och armen, och, 't is
Diep te be ſuchten.
O God, ò laet dijn ſtem-e louter hooren:
Selve vermaend ons: ſet al onſe ſeeden
Eens op een ander kam; en houd de paerden;
Voor hol en hoed ons.
Vreede, vvaer legt gy ver evvech begraven,
Vreede, gy ſijt ſchoon, vvel om an te merken;
Schuilen en paſt u, noch hol en betaemd u
Niet te bevvoonen.
Vreede, komd boven van het onder; heft dijn
Hoofd op; en ſijd ons vvel-ekoome met God,
Met luk, en met veel rek-elik geſelſchap
Van min, en eendracht.
Heil, en haer mee brengd; en al'onbehoorlik.
Heiden houd achter: vvet-en, en gevvoonten
Sticht, en hervoordert; ſet op hulde Vaders
Durige kranſen.

Idem Latinè.

*SEmpiterne, atque omnipotens creator,*
*Solis aſtrorum, dubiæque Lunæ*
*Rector. & rerum variante quas hic*
*Sors viceverſat:*
*Quis modum cædi, ſtatuenſque flammæ*
*Sopiet belli furias flagrantis?*
*Quis data nectens animos domabit*
*Pace feroces?*
*Vincimus tigres rabie, lupoſque*
*Dira mortales ſine mente turba.*
*Aurum, honor quem non rapit, aut voluptas*
*Caſſa pudore?*
*Porrò vbi eſt Ionas? latet hauſtus alvo*
*Piſcis ingentis: famet, orat, eſt res*
*Si qua, fert aræ: terimus beatam*
*Nos paradiſum.*
*Aula, & extollit nitidos poteſtas*
*Ardua: i, fulmen, tonitruque: non eſt*
*Grande diſcrimen: ſuperamus aſtu, &*
*Viribus Orci.*
*Heu, Ninos quàm nunc perit omnis, heu, heu!*

*Non*

*Non venit Ionas : iacet, & iacebit*
*Spes diu frugis, gemituque, & alto*
*Digna dolore.*
*Tu Deus, tandem loquere ; edevocem,*
*Quæ cor affligat monitiſque, cultumque*
*Efferis addat, vetet in ruinam*
*Ire caballos.*
*Pax, ubi dormis procul, & ſepulta es ?*
*Pulchra pax fixis oculis videnda,*
*Perperam lucem fugis : umbra non eſt*
*Apta decori.*
*Surge, age, ac imo caput effer antro :*
*Gratulabuntur populi tibi, almo &*
*Numini, quod mox aderit, ſequentique*
*Illud amori.*
*Sanctaque ubertas veniat ; ſatiſcant*
*Pone lis, & vis ; redeantque ritus,*
*Ordo, laus, leges : maneantque Patrum*
*Gloria faſces.*

Rectius viues. *Horat.*

LEeſd vvel, en dringd, als ſchip-er, hooge baren
Niet te ſeer; niet al te bedeeſt in onvveer
Sijnde, ſeild ontrent riſ-en, of gevaer van
Sandige banken.
Maeticheit goud ſchoon is, en is behertens
VVaerdich : ook veilich; ſchim-eling, ſtof, en ſtank
Vzy van, en nijt vry; ſtil-e ſit beheimt met
Sobere vvanten.
Buijen, en ſtormen ſchud-en hooge boomen,
Toorenen nedervellen, ende breeken;
Bergen, en ſpits van top-en in de lucht ſlaet
Brandige donder.
VVijs man in noot koen, ſchrik-ich in te groote
Spoed is ; en vvel van bin en is geſpits op
VVeelden, en rampen : vin-ich is de koud ; maer
Soomer, en Ougſt komt
VVeder : is 't nu quaet, 't ſal al haeſt verandren :
Altemet treurt het ſtil-e nachtegaeltien,
VVederom queelt: vvel Apol verhout ſijn
Giftige flitſen.
Als benautheit dijn ſin-e perſt, in hoop ſtaet
Vaſt, noch en duikt niet : ſet op uue ſchoot vvel
Ook dan, als't voorvvind is, en harde koelt maekt
Svvangere ſeilen.

# MVSA XIII. GERMANICA.

DCVIII.

METRVM quomodo à Rhythmo differat, vidimus ſuperius in Rhythmicis: nunc iterũ quero, *An ſicut in linguà Græcà & Latinà, vel etiam in cæteris poſſint confici Metra?*

Ioannes Henricus Alſtedius *Encyclopadiæ lib.* 10. *ſect.* 4. *cap.* 6. *ß*.2. aſſertivè reſpondet: aitque.

[ In linguis hiſce potius rhythmi quàm carmina frequentantur. Poſſunt tamen & carmina ibi fieri ad imitationem Græcorum & Latinorum. Sic in linguà Germanica Conradus Geſnerus compoſuit verſus hexametros & hendecaſyllabos. quà de re ipſum audiamus in Mithridate, titulo de linguà Germanicà. Monſyllabis dictionibus abundat (lingua Germanica & ijs in conſonantes exeuntibus. quare & prolatu aſperior, & condendo carmini inepta eſt: nam & cæſuræ minùs fieri poſſunt, & pleræq; ſyllabæ vel aliàs, vel poſitione longæ ſunt. Metra & homæoteleuta multi ſcribunt, vt pleriq; omnes puto populi, Latinis, Græcis, & Hebræis exceptis : carmina, in quibus ſyllabarum quantitas obſeruetur, nemo Nos aliquando conati ſumus, ſed parum feliciter, hiſce verſibus Germanicis.

Es macht allemig der glaub die gläubige ſelig,
Vnd darzu fruchtbar zur lieb, vnd giitige hertzen
Allvveg im menſchen ſchafft er, kein muſse by ihm iſt,
Vnd kein nachlaſsem, ſondern er vvurket in allen
Rechtſchaffnen gmutern alls guts vnd evvige freundſchafft.
Doch ſchreibt er nicht ihm dilz ſelbſt zu, londer er eignet

Dem

Dem Herren Gott vnd ſeiner gnad alle die ehre,
Durch Ieſum Chriſtum Gott vnd menſch vnſeren Herren.

In omnibus hiſce verſibus pedes omnes ſpondèi ſunt, quinto excepto dactylo. Neque fieri facilè aut commodè poſſe opinor, vt alibi etiam niſi fortè primo loco, dactylus collocetur. Admittenda & licentia quædam foret præter vulgarem loquendi uſum, non minùs, ſed ampliùs fortè quàm Græcis & Latinis. Noſtræ quidem linguæ aſperitatem conſonantium etiam in eàdem dictione multitudo auget, quæ nullo ſæpe vocalium interuentu emollitur.

*Oratio Domini verſibus hexametris à nobis expreſſa.*

O vnſer Vatter der du dein evvige vvohnung
Erhòchſt inn Himmeln. Dein nam der vverde geheilget.
Zukom vns dein reich. Dein vvil der thue geſchehen
Auf erd als inn himmelen. Vnſere tagliche nahrung
Herr gibe vns heut. Vnd verzeih vns vnſere ſchulde,
Als vvir verzeihen iedem der bleidigen vns thut.
Fùhr vns in kein verſuchung, o gnàdiger Herr Gott,
Sondern erlòs vns vom bòſen, màchtiger Herre.

Eadem hendecaſyllabis reddita, qui verſus Linguæ Germanicæ aptiores videntur.

Herr Gott Vatter in himlen,) evvig. einig,
Dein nam vverde geheiliget, geehret.
Dein reich komme genediglich, begar ich
Dein vvill thue geſchehen vſ der erden,
Vvie inn himmelen vndren heiligen Englen.
Vnſer tàgliche ſpeiſe vnſ gib heute.
Verzeih vnſere ſchulden vns, vvie auch vvir
Vnſern ſchuldneren ihre ſàhle ſchencken.
Verſuchung ſije vveit von vns ò Herre.
Loſz vns gnediger Herre vom Satam frey.

Hæc ex Geſnero; pauculis tamen mutatis in idiomate linguæ Germanicæ. Vbi & illud obſerua: Germanos etiam componere rhythmos carmineos, ſeu carmina rhythmica, vt,

Vvas vvòlln vvir machen? das ſeind gar vvichtige ſachen.

Item eoſdem amare poëticam mixtam, in quâ voces peregrinæ & Germanicæ multis modis conjunguntur: vt

*Per magnam peram debes cognoſcere* ſuhrmann.
Item:
Vvas ſind vvir menſchen anders als *puluis & vmbra*? Item:
*Amor vincit omnia*,
Das le ugltu ſagt *pecunia*,
Dann vvo ich *pecunia* nicht bin
Da komſtu *amor* ſelten hin.

In qualibet lingua propone tibi poëtam excellentem; eumque imitare tum in iſta lingua, tum etiam in alia. Sic in lingua Gallicà excellunt Clemens Marottus, Theodorus Beza, & Guilelmus de Bartas. Illos itaque ſibi proponet imitandos ſtudioſus Gallicæ poëſios. Sed & in lingua Germanica poſſumus illos imitari; quod quidem fecit Ambroſius Lobvvaſer in pſalmis Dauidis, & anonymus quidam in prima parte tertij diei, ſecundæ ſeptimanæ Bartaſij: vbi Deus ita alloquitur Abrahamum.

*Sors de ton pauillon: Sors, vien, & de mon temple,*
*De mon throne dorè les merueille contemple*
*Compte moy les flambeaux, meſure leur grandeur.*
*D'vn œil ferme ſouſtien leur brillante ſplendeur,*
*Remarque exactement les courſes meſureès*
*Qu'ardens ils font au long des lices æthereès*
*Lors tu tiendras des tiens le nombre ſur le doy*
*Ioyeux tu comprendras la grandeur de leur ſoy,*
*La clartè de leurs faicts, & de leur republique,*
*Aura dedans l'eſprit le pourtraict politique.*
*Mon fils, c'eſt auec luy que ie paſſe inſtrument*
*D'eternelle amitiè, s'il garde conſtamment*
*Les paches conuenus, i'eſpandray ſur ſes races*
*De ma grand'cruche d'or vn Ocean de graces,*
*Ie ne luy donray pas ces ſeuls chāps que tu vois,*
*Ains tout ce qui verdit depuis les champs Indos*
*Iuſque aux flots tempeſteux de la mer plus extreme.*
*Ie luy donray le Ciel, ie me donray moy-meſme.*
*D'elle mo ſorcira le Prince grand & fort,*
*Le Roy donte-peche, donte-enſer, donte-mort,*
*Le ſacrè fondateur d'vne ſaincte police,*
*Du monde la ranzon, la paix, e la iuſtice.*

Hoc eſt:

Kreuch auſz dein zelt herfùr, kom rauſz, vnd thu anſehen
Die groſſe vvundervverck, die ann meim throne ſtehen:
Zehl ab die lichter hell, miſz ſie all groſz vnd klein
Sih, dein aug vnver vvand, ihren zvvittrenden ſchein,
Schreib den gemeſznen lauff; fleiſsig in dein gedancken,

Den

Den ſie thun tag vnd nacht, in dem himliſchen ſchrancken:
Dann vvirſtu ſinden leicht, die zahl der kinder dein,
Vnd begreiffen mit frevvd, vvie groſz ihr glaub vverd ſein:
Ihr thaten, ihr geſchicht, ihr regiment vnd ſitten,
Vverden in dein gemuth, vvie in ertz, ſein geſchnitten:
Er iſt mit dem ich vvill, maehen ein bund ohn end
In freun dſchafft evviglich: Vven er nur vn ver vvend
Vvird halten den vertrag: Ich vvil ein ſteten regen
Vber ſein gantz geſchlecht abfallen lan, voll ſegen,
Ich vvil ihm nicht allein geben das gantze land,
Sondern vvas grünen thut, biſz an des meeres ſand:
Vom Iudiſchen feld an: Aller ſolſt für ihm beben,
Ichr vil den himmel hoch, ja mich ſelbſt ihm geben.
Von ihm ſoll Kommen her, der Fùrſt, der Menſchen Gott,
Der Kònig, Zvvinge-sùnd, Stûrme hell, Breche-tod,
Soheilig policey anzurichten beſchieden
Ein lòſegelt der vvelt, gerecht, ein Furſt des Frieden.

In linguâ Italicà excellunt Dantes Aligherius, & Franciſcus Petrarcha.

*An ipſa ſola Lingua Germanica in Mundo fruatur priuilegio, vt cuius ſine crimine poſſit Latinis vocabulis vti?*

☞ DCIX.

TAM eſt frequens Lingua Latina apud Germanos, vt videantur non poſſe Germanicè loqui, ſi Latinè neſciant. Et abvtuntur vocibus Latinis duobus modis: vel enim illas illæſas, & intemeratas relinquunt, vel illas ad proprias inflexiones obtorquent. Primò remanent modo omnia nomina propria, quæ apud aliquos retinent terminationem recti, & habent caſus à particulis more patrio præpoſitis: apud alios iubentur habere variationem Latinam. Secundo modo verba ſolent inflecti, quæ coniugationis vernaculæ legibus attemperantur.

Sed quia ſæpe alibi de hac licentià & abuſu, pono calamum; volo tamen doctrinæ certioris & vberioris gratià huc reponere, quæ in libro illo, qui de S. R. Imperij pace eſt, olim ſcripſi, ſumptà occaſione ex proteſtatione Cardinalis Truchſeſſi: quæ cum ſit Germanica, clauditur. Data & etiam ſubſcriptione Latinà. Hac ego ex causà *libri illius part.* 2, *diſp.*2. *quæſt.*1. *num.*54. ſic dixit.

[Lego proteſtationem totam; & obiter Germanicæ linguæ condoleo, eleganti, & illuſtri, & tamen ab indigenis Germanis contempta. An non ſciebat Otho *dogmate iuriſdictionis & perſonas* dicere in linguà materna? An non poterat locum, menſem; & diem germanicè denominare? An ne ſuum ipſe nomen & dignitatem vulgariter non valeret efferre? Valeret quidem, ſed videtur voluiſſe ſe accommodare imperitorum labio; ſolent enim huiuſmodi barbariſmos committere homines ignorantes· qui volunt periti videri; nec fruſtra, nam duobus, aut tribus terminis latinis malè poſitis lucrantur admirationem vulgi. Antiqua eſt fateor hæc barbara eruditio, & à fœminis Romanis introducta, quæ in greciſſante Vrbe, videbantur ſupra reliquas ſapere ſi Græca latinis immiſcerent. Infecit iſta lues noſtra ætate viros etiam egregios, qui vtuntur vocabulo Græco nonnunquam, vbi latino propriùs & eloquentiùs poſſent. Tranſiuit in Hiſpaniam etiam, in quæ fœminæ, ſicut Romanæ olim Græca Latinis, ſic etiam ipſæ Latina-Hiſpanis immiſcendo, aperiunt viam, quam indocti ſequantur. Vnde hoc vitium in Germaniam irrepſerit, non ſcio, at ſimilitudo contagionis perſuadere videtur, exordiū a fœminis ſumpſiſſe, & inde ad imperitos deriuari. Extat apud Ovvenum lib.7. ad Mœcenatem in ejuſmodi Mulierum monſtra hoc Epigramma [num.46.]

*Græco latina ſagax, ſapiens tibi quæritur vxor,*
*Quæque figuratè ſyllogiſare queat.*
*Quæ cum maiorem præſumpſerit atque minorē,*
*Ex male præſumptis vrgeat* ergo *ſequi.*
*Verſata in patris quæ naturalibus olim*
*Virgo, Magiſtra artis, nunc ſit in arte ſuà.*
*Et reſpondeat opponentibus omnibus vna,*
*Cumque ſuo de omni diſſerat Ente proco.*
*Tam rationalis mihi ſi contingeret vxor,*
*Mutarem tecum, ſi tua bruta foret.*

Extat etiam Hiſpanus liber, qui inſcribitur *Latinigarrula*, in eas inuectus, quæ eloquentiam Hiſpanicam latinis barbariſmis maculant; quem ſi vel ſemel legerent noſtri Germani,

ni, ab hoc vitio abſtinerent. Sed quia facilius lues contrahitur, quam virtus adquiritur, hoc ipſum vitium in quod animaduerto, etiã Hungaris, & Mahometanis communiſſimum eſt. Teſtor Archiabbatiæ Præpoſitum, apud quem vidi Hungaricam Epiſtolam, miſſam à Gubernatore Mahometano, & his verbis concluſam. *Datam Alba-regali 14. Ianuarij anno* 1647. *Kigylmedneck Ioakaroſzomſedbarattiay, Mahomet Aga*. hoc eſt, *Veſtræ Dominationis bonus amicus & vicinus Machomet Dux.* Sunt & alij, qui tam pertinaciter materni idiomatis dignitatem tuentur, vt cuiuſcumque linguæ ſint literæ, ipſis ſubſcribant nomen ſuum in idiomate patrio. Et vt aliquem ſpecialiter proferam, in curſu Philoſophico Patris Ovie-Latina reperitur cenſura, cui ſubſcribit Hiſpanicè, *Doctor Franciſco Vittor*, vnde meritò poſſet inquiri, an tolerabiliùs ſit literis maternâ lingcâ ſcriptis ſubſcribere nomen latinum, quàm Latinis ſubſcribere nomen vernaculum?

Sed cur ita digredimur, & in verba tam ſeriò animaduertimus, cum de rebus grauiſſimis agitur? Quoniam hec controuerſia in gratiam Moſterienſium Legatorum ſuſcepta, carpit Gallorum calamum, qui Latinis literis *Meſſieurs* nominant, quos Dominos potiùs deberent. Prodierunt multa in ipſos, ſed clariſſimi N. Epigramma laudem meruit.]

## DE PARAGLOTTIS.

### ☞ DCX.

POëſis etiam locum habet in linguis fictitijs, De illis hec ferè habet Geſnerus in fine Mithridatis. Apud Grecos (ait Cælius Rhodiginus) quidam *Onomatheca* dicti ſunt, id eſt, velut nominum venatores, noua ſibi conſarcinantes vocabula, rerum intuiti proprietatem, cujuſmodi fuiſſe videtur Siculus Dionyſius, qui Virginem vocabat *menandrum*, quia manet expectatque virum, ſtylon verò, id eſt, columnam, *menecraten* quoniam manet continetque: murium autem conceptacula, murium caua, τῶν μυῶν διεκδύσεις rectè dici myſteria conjectabat, quia mures ſeruent. Idem etiam bouem nuncupat *garatan*, porcum verò *iacchum*, & jaculum *ballantion*, ὅτι ἐναντίον βάλλεται. Alexarchus quoque, Vranopolin qui condidit, nomina ſibi conformauit, non audita multis: nam gallum *orthobaon* dicebat, drachmam *argyrida*, &c. Thomas Morus Anglus, vir ingenioſus, Vtopiæ Inſulæ à ſe conflictæ incolas linguâ peculiari ſcribit vti, & characteres etiam fingit proprios.

## *Tetraſtichon vernaculâ Vtopienſium linguâ à Moro poſitum.*

*Vt opos haboccas peula chama polta chamaam.*
*Bargol he maglomi baccan ſoma gymnoſophaon.*
*Agrama gymnoſophon laborem bacha bodamilomin*
*Voluala barchin heman, la lavolua arãme pagloin.*

Hoc eſt;

*Vt opus me dux ex non inſula fecit inſulam*
*Vna ego terrarum omnium abſque philoſophia,*
*Ciuitatem philoſophicam expreſſi mortalibus.*
*Libenter impertior mea, non grauatim accipio meliora.*

# APOLLO SEPVLCHRALIS.

*Diſce mori quicumque legis mea ſcripta Viator.*
*Omnes æqua manent funera, diſce mori.*

## ☞ DXCIV.

ETIAM Apollo luget; & Camœnæ obeuntes, abeũteſque Herôas illuſtres lachrymis comitantur. Iſtas autem eſſe exleges nõ volunt, ſed præceptis obſtrictas, quæ obtinent apud Manes. Proderit aliquas voces cognatæ ſignificationis explicare. Illæ ſunt; *Epicedium, Epitaphium, Neniæ, Inferiæ, Monodiæ*, &c.

*Epicedium* eſt carmen funerale, & *Epitaphium* ſepulchrale. Epicedium igitur videtur fuiſſe carmen in ipſâ pompâ funereâ dictum; Epitaphiũ verò, carmen ipſi marmori inſcriptum. Scio eſſe, qui Inſcriptiones quaſcumque lapidibus cadavere vacuis inciſas *Epicedia* nominari contendant, contra quos, quia probabiliter philoſophantur, de vocula diſputare non placet. Chriſtophorus Heluicus, & Conradus Bachmannus Gieſſenſes Profeſſores *in Poetica lib.* 2. §. 16. Hanc inter Epicedium, & Epitaphium differentiam conſtituunt, quod iſtud ſingulis annis poſſit repeti, & illud non poſſit; quam tamen non facilè admiſero; quoniam carmina dicta poſſunt repeti, & marmori inciſa perennant.

*Neniæ* vox eſt, ſi Scaligero credimus, quæ ſignificat *vltimum*, ſeu *extremum*, quod funeralis honos vltimus ſit, qui hominibus ſoleat exhiberi. Acron etymi negligens eſſe fictum nomen affirmat ex ſimilitudine vocis quærulæ. & lugentis deſumptum: quod firmant alii *næ-næ* eſſe interjectionem dolentis autumnantes,

Hîc nonnihil ad mores. Neniæ vocantur Epitaphia [Sidonius. *Nenia marmori inciſa per Hendecaſyllabum.*] Neniæ vocantur Epicedia [Pomponius Feſtus, *Nenia eſt carmen, quod in funere laudandi gratiâ cantatur ad tibiam.*] Neniæ vocantur Nugæ [Hieronymus contra Rufinum, *Niſi fortè non fuit impræſentiarũm, qui tuas emendaret Nenias.*] Ergo marmora, lapides, inſcriptiones, Epicedia, Epitaphia, & vniuerſa alia, quæ pompam funeream concernunt, Neniæ ſunt, Nugæ ſunt. Vivit poſt fũnera virtus; & hæc, quia non moritur, non eget tumulo, & quæ moritur, virtus non eſt, & qui virtutis expertes laudat cineres vel nugatur, vel deſipit.

*Monodía* dicitur funerea laus, quòd vnus è choro prodierit, qui nomen defuncti celebraret.

*Inferiæ* dictæ latinè ab inferis, quod dilaudarent Manes ad infernum translatos. *Hæc de nominibus ad rem venio.*

Carmen funereum, ſi omnibus membris conſtet in quinque articulos, ſeu capita dividi debet: videlicet in Exordium, Narrationem, Amplificationem, Conſolationem, & Exhortationem. Debet Poëta (aut Orator) in exordiò animos omnium devincire: in Narratione, egregia defuncti facinora commemorare: in Amplificatione lachrymas excitare, & demõſtrare incomparabilis viri abitũ cum Reipublicę iacturâ coincidere: in Conſolatione cognatos, & amicos affabitur; conabitur conceptuum dulcedine, dolorem, & mœrorem lenire: tandemq; in exhortatione ad omnes orationem conuertet, & proponendo gloriam, quâ defunctus fungitur, & miſerias, quibus etiam defungitur, univerſos ad virtutum illuſtrium, quibus ille excelluit, imitationem excitabit.

Sæpè brevitas omnia hæc non patitur; & tunc Poëta (aut Orator) neceſſitati cedens Genium ſequitur, & illa capita luculenter ediſſerit, quæ loco, & tempori iudicat conſentanea. Proderit aliquod exemplum ſubiicere, vt modus, qui ſolet teneri, dignoſcatur.

# D. O. M.

(*a*) Siſte gradum Viator.

*HIC TERMINVS VIAE, ET VITAE, TVAE, AC MEAE*

(*b*) ILLE EGO, QVI NATVS PRIDEM AC NOTVS ERAM SAECVLO,

En denatus hoc iam lateo nudus, nulluſque ſepulchro.

PVLVIS, CINIS, ESCA VERMIVM,

VIXI ANNIS (N) PAVCIS, SI SPECTETVR AETERNITAS;

Ad hanc tamen currendum mihi fuit in ſtadio fugacis vitæ.

*TEMPVS VIVENDI*, vt *BENE MORERER*, *& VITAM MERERER IMMORTALEM*,

*Dedit mihi*, *& dat etiamnum tibi Clemens* DEVS.

ILLIVS, & OMNIVM QVOQVE MOMENTORVM STRICTA a ME IVSTO IVDICI REDDENDA FVIT RATIO;

VTIQVE ERIT ET TIBI.

VIXI IN EO (N) STATV, AC ID (N) MVNVS GESSI,

Qui mihi HONOS, idem ONVS fuit; ò moleſtum, & graue!

Miſerum eſſe, qui non CAPIANT; Mirum, non deeſſe, qui CVPIANT.

O QVAM ME IVSSIT RIGIDAM SVPREMVS PATER-FAMILIAS

REDDERE RATIONEM VILLICATIONIS MEAE!

SI SAPIS, ET CREDIS AMICO SYNCERE MONENTI,

HVC TV QVOQVE TE PARA QVOTIDIE:

NAN ex meo periculo te cautum reddí, felicis ſimul, & ſapientis erit.

POSSEDI DE TERRAE BONIS MODICA;

(*Attamen* Satis *ad* Vſum Vitæ, Satis ad Votum, *quod* Neceſſitas *rexit*, *non* Cupiditas.)

Etiam horum, ad nouiſſimum vſque quadrantem reddenda fuit ratio.

*Eſto*, *Res* ANGVSTA *fuit mihi*; *ſed* (*experto fas eſt credere*)

*Sic tutius ad* AVGVSTA *pergitur*.

O VIRI DIVITIARVM; theſaurizatis, & ignoratis, cui!

*EGO NIHIL INTVLI IN HVNC MVNDVM*, *NIHIL EXTVLI*.

Quod in Cælum præmiſi per manus PAUPERUM, Inueni, & hoc SOLVM:

Vos ſimiliter cum dormieritis SOMNVM veſtrum, aliud inuenietis nihil.

(*c*) O AMICI VIVITE LÆTI, AT NON IMMEMORES LÆTHI;

En quondam lætus vobiſcum, vos iam reliqui, & a vobis relictus;

INIVI SOLVS ÆTERNITATIS ITER: QVOD ESTIS FVI: QVOD SVM ERITIS:

QVIS SCIT AN CRAS, AN HODIE, AN HAC IPSA FORSAN HORA.

*Memores eſtote iudicij mei*, *ſic-enim erit*, *& veſtrum*.

(*d*) O HOMO BVLLA, QVAM BREVIS HAEC VITA! QVAM LONGA ÆTERNITAS! verè

MOMENTVM VNDE PENDET AETERNITAS;

Æternitas GLORIAE, & POENAE.

*Ad illam VIRTVS ducit*, *Ad hanc VOLVPTAS*.

ELIGE; SEMEL PERIISSE, AETERNVM EST.

*HOC POSTREMVM TE ALLOQVOR*

Deſiderans te habere cohæredem in Terra Viuentium vnà cum CHRISTO IESV,

In quo ſolo vera SALVS eſt, & VITA Mortalium.

*ILLI ô VIATOR VIVE*, *ILLI MORERE*, *ET AETERNVM VIVES*.

Ante mortem MORI vitijs, mors eſt optima.

*Beati mortui*, *qui in Domino moriuntur*.

HOC, quod hic dedimus EPITAPHIVM alias R. D. IACOBVS Merlo-Horſtius SS. Theologiæ Licentiatus, ſibimet ipſe conſcripſit, qui poſtquam viginti, & vnum omninò annos vigilantiſſimi Paſtoris munus in Parochiali Eccleſia B. V. MARIAE in Paſculo Coloniæ geſſerat, & modico contentus dicere ſolitus: *Dominus regit me*, *& nihil mihi deerit*, *in loco PASCVAE ibi me collocauit*, anno tandem ætatis ſuæ 47. Chriſti verò nati 1644.

644. die 20. Aprilis multis Opuſculis ſpiritua-
ibus editis, & S. Bernardi Operibus illuſtra-
is clarus, ſuam cum morte piè tranſactam
itam commutauit: Verum, vt nullo nego-
io tuum id quoque fieret ſub cuiuſuis CHRI-
STIANI HOMINIS nomine illud tibi à ſe
pariter conſcriptum, vti viuus, ita & mortuus
offert, & mortis horam ob oculos ſemper
habens, extremum valedicens manu propria
ſubſcripſit.

IAM VOBIS VALEDICO, AMICI, NON
IN LONGVM TEMPVS; BREVE EST
QVICQVID AEVI SVPEREST, PRAEEO,
SEQVIMINI.

Impreſſum fuit primo Coloniæ Anno 1644.
curante Ioanne Kinchio, deinde Pragæ, & alibi:
&ne pereat in volantibus folijs, illud voluimus
apud Apollinem hunc perennare.

## *Præcedentis Epitaphij* OEONOMIA.

(*a*) Hinc exordium incipit: & prioribus illis duabus lineis quid ſit dicturus ipſe lapis iniſinuat.

(*b*) Narrat, & amplificat, quæ ſciri debent & ponderatione digna ſunt.

(*c*) Conſolatur Amicos, qui ſuperſtites relinquuntur in Mundo. Iubet eis eſſe lætis; læti ſunt, quos criminis conſcientia non aggrauat; vera enim lætitia eſt,

*Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpâ.*

Hanc lætitiam indipiſcuntur, qui ſciunt mori: & mori ſolummodo illi ſciunt, qui vivere. Vnde ſcitè quidam Magiſter Ethices.

*Vt benè contingat deuiuere, viuere diſce.*
*Vt benè contingat viuere, diſcere mori.*

(*d*) Hinc exhortari viventes incipit, vt ſiquidem morituri ſunt, expreſſum habeant illud Monitum.

*Para bien, o para mal*
*Eternidad.*

ERAT Apollo hic in Muſas diuerſas diſtinctus, & continebat Epitaphia diſtributa per claſſes, ſed quia liber in immenſam molem abiret, plurima decircinarentur, ideò hic multa omittimus, quæ non videntu[r ne-]ceſſaria.



# E R R A T A.

Mpreſſus Liber hic fuit Romæ in quinque Officinis diverſis,& totâ Vrbe diſtantibus: hinc con tigit, ne omnis diligentia ſuffecerit, vt careret ſphalmatis. Acceſſit Hebræorum, & Græco m characterum penuria, ob quam Artifices non quæ voluerunt, ſed quæ potuerunt, expreſſe ant. Errores hos, quos facili negotio perceperis, & cum voles correxeris, diligentiæ feſtinant condona; & quouſque aliquem librum edas, neminem ob Typographi exorbitantias, ne gligentiæ, aut hallucinationis appelles.

Interim, quia Prodromus Inſtitutiones continet, quæ debent à diſcipulis legi, hæc ibi mend ſic emenda.

Paginâ viij. Gimnaſium *Gymnaſium*, Pag. ix. a. lege *Dominórum*. Pag. xiij. a. Phorcynnis *Pho cynis*. Pag. xiv. a. §. Verbum. dele *coram*. Pag. xv. a. §. Duo. Doctrinu, *Doctrinæ*. Vocauimu *Vocabimus*. Pag. xviij. a. Oſurus *Vſurus*. Pag. xjx. b. Foſe *Fore*. Perſonalia *Imperſonalia*. Pag. xx Vndæ, *Vnde*. Infelexile, *Inflexile*. Pag. xxiij. Tulio, *Talio*. Gens, *Genus*. Ignotus ſpecies, *Ign tas ſpecies*. Pag. xxv. b. Ferbeo, bui, *Ferveo, vui*. Pag. xxvj. b. Mictum, *Miſtum*. Pag. xxvij. *Den* prim.long.colum. b. Occullui, *Occului*, vel *occuli*. Pag.xxx. a. §. conſulo. Et, *Eſt*. Pag. xxxj. b. li 3. Totam,, *Totam ferè*. §. En. Nobilum, *Nobilium*. §. Tempus, lin. 6. Tempori, ſicut pe *Temporis, ſic per*. Pag. xxxij. b. Retrorſus, *Retrorſum*. In his character Romanus dat mendum correctionem Curſivus.

---

# CHARTARVM SERIES.

tola Dedicatoria. Amicorum Affectus. Prodromus §. §§. §§§. §§§
Omnes Sunt Biniones præter §§. Vnionem: & §§§§§. Ternionem.
Proœminm. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X
. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Omnes ſunt Biniones præter Y
... nes.
lo Arithmeticus. A. B. C. D. E. F. G. H. Omnes ſunt Binione
H. Vnionem.
S ALTERA. Appollo Centricus. A. B. C. D. E. F. G. H. K. L
O. P. Q. R. S. T. Omnes ſunt Biniones præter T. Vnioner.
llo Anagrammaticus. A. B. C. D. E. F. G. Omnes ſunt Binnes.
llo Analexicus. A. B. C. D. E. F. G. H. I. Omnes ſunt Biniors.
...entonarius. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q.
... iniones ... æter R. Vnionem.

IOHANNIS CRAMUELIS

METAMETRICA

B
5
89